





3
TRACTATUS POSTHVMVS
I VRIS PVBLICI

De

ORIGINE, ET SVG-
CESSIONE, VARIISQVE
IMPERII ROMANI MUTATIONI-
bus. Imperatoris item ac Imperialium
Iudiciorum ut & Statuum pote-
state ac Iurisdictione.

Dictatus

A. D. CHRISTOPHORO
BESOLD O. I. C. p. m. QVON-
dam Sac: Cæs. Majest. & Serenis: Ba-
variae Electoris &c. Consiliario, &
in Academia Ingolstadiensi Codicis
& Iuris Publici Professore cele-
bratissimo

Permissu Superiorum,

Cum privilegio Cæsareo.

AUGUSTÆ VINDEL.

Typis IOANNIS PRÆTORII,
sumptibus IOANNIS WEH,
Bibliopolæ Augustani.

ANNO M. DC. LIX.



DEDICATIO.

SERENISSIMO PRIN-
CIPIS AC DOMINO FER-
DINANDO MARIÆ FRAN-
CISCO IGNATIO WOLFF-
GANGO, COMITI PALATINO
Rheni, utriusque Bavariæ Duci. Do-
mino suo clementis-
simo.

Bicennium excur-
rit, Serenissime
Princeps, quod
lucubrationes meas de
belli pacisq; studio, com-
pilatas, submissè obtule-
rim, nunc ut alienas, &
quidem eas, quas Cla-
rissimus Befoldus p. m.
in publico Iure consul-
torū Ingolstadiensium
audi-

EPISTOLA

auditorio, de origine,
successione, ac variis Im-
perii Romani mutatio-
nibus, Auditoribus suis
excipiendas proposuit,
eâdem submissione Se-
renitati Vestrae præsen-
tarem, non tam materiae
hujus dignitas, quam
mea in Serenitatem Ve-
stram obligatio, compu-
tere.

Si enim Materiae præ-
rogativam & amplitudi-
nem spectem, quid Ro-
mani Imperii, quartæ il-
lius mundi monarchiæ,
maje-

DEDICATORIA.

majestate sublimius? cu-
jus quippe origo ex Tro-
jano emerfit incendio :
cui perennem insuper, &
cum æuo duraturam di-
uina ominantur oracula
felicitatem: In cujstan-
dem tranquillitate toti-
us Christiani orbis con-
quiescit salus ac prospe-
ritas. Et quamuis hujus
olim amplitudini quæ o-
mnium terrarum fines
egressa fuit, nullum regnū
comparari potuerit: Ho-
diè verò siue fato, siue tē-
poris injuriâ, cuncta ab-
ligu-

EPISTOLA

ligurientis, & sub cadu-
 citatis jugum trahentis,
 siue tot barbarorum in-
 cursionibus, vicinorum
 æmulationibus, & inte-
 stinis Statuum dissidiis
 eoangustari, & ejus non
 parum hebescere coepe-
 rit dignitas: fulget tamen
 adhuc, & fulgebit sem-
 piternis cum sole & luna
 radiis, amplitudinis ejus
 splendor & majestas, quã
 nec edax ætas, nec inju-
 sta calumniantium ab-
 sumet iniquitas.

Quemadmodũ enim,
 ut ait

DEDICATORIA

ut ait Lipsius, singulis hominibus adoleſcētia ſua, robur, ſeneſtus, & mors eſt, ſic quoq; Rebus publicis: Vt quæ olim ampliffimæ erant, atq; Orbi pene univerſo tremēdæ gentes, nunc vel in orbe non extent, vel in anguſtias redactæ, alicubi alio ſub nomine deliteſcant.

Habet igitur Serenitas Veſtra, hoc cè in libello, verum hodierni Imperii Romano - Germanici, quod capite & membris conſtat, compendium, ex

EPISTOLA

ex quo non solum originem, successionem, variasque eius mutationes, sed etiam Imperatoris, Statuumque potestatem ac iurisdictionem, facili negotio & labore cognoscet: Principis siquidem, praeter singularem, pietatis, clementiae, ac iustitiae cultum, proprium esse decet, ut prudentiam & doctrina & lectione scriptorum, tam patrias leges, quam veterum modernorumque historias tractantium, ediscere, &
ut

DEDICATORIA

ut Vives in introductione
ad sapientiam ait, iam
tum à juventute veras de
rebus opiniones, quæ
cum ætate adolefcant,
haurire studeat.

Si enim hominum, qui
nunc vivunt, sapientia &
consilio principis status
fulciendus est, multo
certe magis eorum, qui
vita jam functi sunt, cō-
silio & autoritate, prin-
ceps omnes, qui munus
suum cum laude tueri
voluerint, instruendi e-
runt: primū quidē, quod
hujus-

EPISTOLA

hujusmodi scriptores
sum̃â plerumq; eloquen-
tiâ ac doctrinâ præditi,
non tam ea, quæ literis
mandarunt, suo ingenio,
quàm antiquissimorum
hominum scriptis adiu-
ti, & multis etiam rerum
euentibus edocti, usuq;
dein longissimo vitæ cõ-
firmati, rebus humanis
magnas allatura utilita-
tes, posteritati consecra-
rint. Inter quos hujus li-
belli autor non infimum
obtinet locũ, cum inu-
mera ejus scripta, tam in
philo-

DEDICATORIA.

philologicis, historicis,
quàm juridicis & politi-
cis, hætenus in lucem e-
missa, raræ ac profundæ
ejus in omnibus scientiis
præceos & eruditionis
exemplum, toti posteri-
tati condignum præbe-
ant testimonium: qui-
bus ut præsens quoque
opusculum, tam in lau-
dabilissimæ ejus memo-
riæ, quam publicæ utili-
tatis continuatione sub-
iungerem, innumera tã-
ti viri, & singularis patro-
ni mei, dum in ædibus-
suis

cores
uen-
diti,
iteris
enio,
orum
adiu-
erum
suq;
æ cõ-
nanis
tilita-
ecra-
jus li-
mum
in u-
am in
philo-

EPISTOLA

huic commorater, in me
collata beneficia, pro-
meruere.

â Quocircâ huncce li-
bellum venerabili fene,
& viro omni præconio
dignissimo, magnâ cu-
râ & prudentiâ elabora-
tum, sub Serenitatis Ve-
stræ auspiciis in publicû
prodeuntem, hilari ac
serenâ suscipio fronte,
Princeps humanissime:
perpetuæ meæ in Sereni-
tatem Vestram deuotio-
nis & obseruantia mo-
numentum.

Quam

DEDICATORIA.

Quam una cum Sere-
niss & clarissimis Paren-
tibus Deus ter Opt. Ma-
ximus, Reipublicæ ac
litteris diu florentem &
incolumen conseruet,
Monachii 12 Martii. An-
no 1659.

SERENITATIS VESTRÆ

Deuotissimus

Franc. David Bonbra
D. & Consiliarius
Aulicus.

Quam

**ELENCHVS
CAPITVM.**

PARS I.

**De Origine & mutatione Imperij
Romani. fol. 1.**

CAPVT I.

De Regibus Romanis. fol. 2.

CAPVT II.

**De conversione Reipublicæ in De-
mocratiam. fol. 11.**

CAPVT III.

**De initiis & progressu Monarchiæ
sub regibus Romanis. fol. 46.**

CAPVT IV.

**De Imperio Orientali seu Constanti-
nopolitano. fol. 71.**

CAPVT V.

**De Imperatoribus Romanis in Oc-
cidente ex Francorum stirpe.
fol. 56.**

CA.

CAPVT VI.

De Imperio Germanico-Romano.
fol. 100.

PARS II.

CAPVT I.

De Iure & præeinentia ipsius Im-
perij Romani, in genere confide-
rati. fol. 127.

CAPVT II.

De persona Imperatoris, eiusque po-
testate. fol. 153.

PARS III.

De enumeratione membrorum Im-
perij, & de eorum singulorum Iu-
re ac potestate.

CAPVT I.

De Vicariis Imperij. fol. 213.

CAPVT II.

De Rege Romano. fol. 222.

CAPVT III.

De Augusta seu coniuge Imperato-
ris. fol. 227.

CA-

S

Imperij

in De-

marchia

46.

stanti-

in Oc-

stipe-

CA-

CAPVT IV.

De subditis Imperij, qui in numero Statuum non sunt relati. fol. 130.

CAPVT V.

De Statibus Imperij in genere. f. 240.

CAPVT VI.

De Iurisdictione Territoriali von der Landsfürstlichen Obrigkeit. f. 255.

CAPVT VII.

De Electoribus Imperij in genere, & in specie de Electoribus secularibus. fol. 278.

CAPVT VIII.

De Electoribus Ecclesiasticis. f. 296.

CAPVT IX.

De Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus Imperij. folio. 310.

CAPVT X. ET VLTIMUM.

De Ecclesiasticis Statibus. f. 332.

PARS I.



PARS I.

DE ORIGINE ET
MUTATIONE IMPE-
RII ROMANI.

Romani Imperii cœle-
stibus auspiciis funda-
ti, divinisque institutis
ornati, qualem qualem
propositurus imaginē,
omnium primò ejus statum, ac guber-
nandi rationem, (quia olim tot gen-
tes, habitu, linguâ, & moribus pror-
sus dissimiles, in unum corpus reda-
ctæ fuerunt) levi penicillo, adum-
brare & cum præsentis ejusdem fa-
cie conferre operæ prætium duxi.

Hujus ergo Imperii originem in-
dagare, liberæ quoque & florentis
illius Reip. formam ac successum
Monarchiæ, quod nempe regimen

A

sub

nume-
ati, fol.

f. 240.

don der
f. 255.

ere, &
culari-

f. 296.

onibus,
f. 310.

L

2.

R S I

sub Imperatoribus latinis ac græcis, ut & sub Carolo Magno, ejuscè posteris fuerit, referre, quomodo porro ad Germanos pervenerit illa potestas, quem Imperandi modum tenuerunt secuti Imperatores ad Carolum Quartum, & indè ad nostram usque ætatem paucis ostendere necessarium erit: Hisce namque præmissis, facilius, & quidem ex fundamentis percipere poterimus, quæ sit potestas modernorum Imperatorum, Imperialiumque conventuum, ac Judiciorum, quæ statuum Jurisdictionis, & si quæ alia ad eruditionem & Reip. nostræ cognitionem spectare videntur.

CAPUT I.

DE REGIBUS ROMANIS.

VRbis Romanæ ortus & incunabula Romulo frequentius adscribun-

buntur, hic ejus situm quadrata descripsisse forma, fossamque quâ muro amplexus erat urbem duxisse fertur. Plutarch in Romulo. Licius lib. 1. Dionysius Halicarnass. lib. 2. Florus lib. 1. cap. 1.

Condita esse Roma putatur Anno tertio Olympiadis sextæ Anno Mundi 3950. ante Christum natum 799. ut scribit R. P. Dionys. in rationario temporum lib. 3. c. 9. in Judæa tum Imperitante Rege Achaz: sed ut omnis Chronologia, & præsertim numeratio ab annis creati mundi, admodum est incerta, ita Tormiellus initia urbis ad Annum mundi conditi 3300. refert.

Et quidem denominatio Romæ à Rom, quod Hebræis altum denotat derivari probabile est, unde & Germanicum Ruhn/fama descendit, & horum utrumque convenit tantæ urbis Majestati, quæ utpote reliquas fama & magnitudine ac sublimitate

A 2 supe-

græcis,
iscè po-
do por-
illa po-
dum te-
d Caro-
ostram
dere ne-
que præ-
x funda-
s, quæ
perato-
entuum,
m juris-
litione &
spectare

R O-

& incuna-
us adscri-
bun-

3 PARS PRIMA.

superavit, sicque Romulus vel Romel
merè Hebraicum est, & planè nil a-
liud, quàm altum DEUM notat. Fuit
autem Hetrusca lingua, hebreæ dia-
lectus, Fulerus lib. 4. miscell. cap. 9,
ad fin. Bernard. Balus in interpræ-
tat. tabulæ Eugubinae. Et atque in
Italia olim frequens, & in ea ibidem
Sacrorū disciplina (ut apud nos hodie
in latina, & apud Turcas in Arabicâ)
docebatur. Durel, hist. linguar. c. 67.
fol. 756. Et etiam Etruscorū vernæ
dicebantur Romani, ut notat Alberic.
Gentil. 1. De armis Rom. c. 2. fol 10.

Cæterum verum geminumque
urbis Romanæ nomen, nescio quâ
gentili superstitione occultabatur,
ne Genius Tutelaris inde posset evo-
cari, & ita in ejus nominis suppres-
sione, non minus, quàm in occulta-
tione Anciliorum, vel Palladii sa-
lutem Reip sitam esse, vanè opina-
bantur, Camerar. cent. 1. meditat:
histor, c. 60. ac cent. 2. cap. 10. & seq.
Sunt

CAPUT PRIMUM. §

Sunt tamen qui Roma quasi Romularem, & Romulum à Roma, id est mamma dictum putant, eò quod à Lupâ fuerit lactatus, unâ cum fratre Rhemo quâ de re videri potest Festus in tract. de V. S. Plin. hist. naturalis lib. 15. c. 18. Plutarch in quaestionibus Romanis quaest. 57.

Sed in rudi illo saeculo, non ignarus fuit Romulus, artium politicarum, quibus novum Imperium firmaret, quas Caspar. Facius in politica Liviana ordine recenset lib. 1. part. 1. & 2. ut & Alberic. Gentil. de armis Romanis lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 2.

Nam sanè quamvis Romulus ignarus fuit litterarum, nec vel fando audiverit aliquid de politicâ disciplina; Deus tamen cum magni aliquid molitur, infundere solet iis personis sufficientia dona, quibus hac in re uti intendit. Nec certè credendū est, insignia ad Imperium constitu-

Romel
 è nil a-
 t. Fuit
 eæ dia-
 cap. 9,
 erpræ-
 tque in
 ibidem
 s hodie
 rabicâ)
 r. c. 67.
 i vernæ
 Alberic.
 fol 10.
 mque
 cio quâ
 abatur,
 et evo-
 uppres-
 occulta-
 ladii fa-
 è opina-
 meditat:
 o. & seq.
 Sunt

6 PARS PRIMA

endum requisita Romulo defuisse, qui utpotè non supra tria millia hominū habuit primū, & non habuit pedem terræ, moriens tamen ad mare usque ditionem tenebat, hominibus verò 1500. imperitabat.

Porro autem cū novæ urbis tignationem Romuli, frater Rhemus ex æmulatione partim ludibrio haberet, partim impeditum iret, tandemque murum hostili animo transiliret, eo loco trucidatus est: ac ut quidam ferunt Romuli, vel ut alii celeris satellitis Romuli manu. l. ult. ff. de rerum divis. Livius lib. 1. at certè Cicero, Romulum, ut solus sublato æmulo Imperium obtineret, fratrem occidisse, & muri transcensione facinus velare voluisse scribit. Eiq; S. Cyprianus in tract. de Idolorum vanitate, suffragatur, ubi de Romulo ita ait, ut Rex ipse principatum habeat, ad crimina fit parricida, vid. Alberic. Gent. de arm. Rom. b. 1. c. 2. fol. 10.

At

At quamvis leges à Romulo latae,
& etiam ab eo Sacerdotes instituti
ferantur, Forster, Histor. Juris Civilis
lib. 1. c. 6 Numa tamen alter post
Romulum Rex, ferocem populum,
adhuc magis Pacis studio, & religio-
nis vinculo adstrinxit: Sacra enim &
Cæremonias, omnemque Deorum
Cultum edocuit, Annum quoque in
12. menses, festos item dies, nefastos-
que descripsit, eaque omnia monitu
Deæ Egeriæ, quod magis Barbari ac-
ciperent, edoceri se simulabat, Plu-
tarch. in Numa, Florus lib. 1. c. 2. Li-
vius lib. 1.

Sane qui fundamenta firma Im-
perii, vel constituere, vel conservare
voluerunt, id inprimis mediante Re-
ligione fecerunt; adeoque multi tan-
tum fictitii nominis cultu id aggressi
fuerunt, ut docui in tract. de educat.
& studiis litter. c. 7. nulla enim res
efficacius multitudinem tegit, quam
superstitio, Alber. Gent. de arm. Rom.
lib 2, c. 2.

A 7

Nu.

At

Numam secuti sunt Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinus Priscus, (quo regnante Hierosolyma à Nabuchodonosore obsessa, dein desolata, & captivitas Babylonica subsecuta fuit. Forster. histor. Rom. lib. 1. cap. 10.) Servius Tullius, & Lucius Tarquinius superbus quorum gesta breviter Florus describit.

Legum autem à Regibus latarum passim mentio fit, tam in jure nostro, imprimis lib. 2 ff. de Orig. Jur. quam alibi apud Auctores, Legesque illas Regias Sext. Papirius in unum volumen congeffit, quod inde jus Civile Papirianum dictum fuit, ut docui in tract. de lib. Jur. c. 2.

Verum Lucius Tarquinius cum superbè & violentè Remp. administraret, ultimus fuit Regum, is enim primum traditum à majoribus morem de artuis Reip. negotiis Senatam cōsulendi consuevit, nec ex jure, nec ex legibus, sed pro arbitrio cūcta egit,

egit, probos & potentiores ipse è medio sustulit, & filium, ut idem faceret, instruxit. Ad Superbum autem & impotentem patris dominatum accessit effrænis filiorum libido, quorum unus Stuprum Lucretiæ feminae ornatissimæ inferens, ejus occasione tanquam politicâ quadam Chrysi pater cum tota familia, qui omnes jam antea exosi erant, ejectus, & Imperium, una cum Regibus abrogatum fuit. Flor. lib. 1. c. 7. Liv. lib. 1. Caspar. Facius in politica Liviana part. 3. c. 46. & seqq.

Et ita prima ætas populi Romani ab quasi infantia sub Regibus fuit, prope 2500. per annos, iisque reges quadam factorum industria, seu singulari potius divina providentia, ingenio tam varii fuere, quia id Reip. ratio & utilitas postulabat. Et quidem Superbi illius importuna dominatio, non nihil, imo vel plurimum profuit, sic enim effectum est,

A s

ut

s Ho-
uinins
olyma
dein
onica
Rom.
ius, &
s quo-
scribit.
atarum
nostro,
quam
ue illas
n volu-
s Civile
docui in
us cum
admini-
is enim
bus mo-
is Sena-
c ex jure,
rio cūcta
egit,

ut agitata*s* injuriis populus , cupiditate libertatis incenderetur. ut loquitur Florus lib. I. c. 8. ac ut Liv. inquit, tulit Romana regia sceleris tragici Exemplum , ut tædio Regum maturior veniret libertas , ultimumque regnum esset , quod scelere partum foret.

Dies autem , quo Reges pulsi sunt. quique regis fugium dicebatur, quotannis Romæ celebratus fuit, septimo Calend. Martii, ut memorat. Ovid. lib. 2. & 5. Fastor. exactisq; Regibus leges etiam regiae exoleverunt, ut scilicet cum potestate nomen etiam Regium extingueretur, coepitque tunc populus incerto magis jure & consuetudine ali, quam per latam legem, L. 2. §. 3. & 4. ff. de Orig. Jur.

CAPUT SECUNDUM. II

CAPUT I.

DE CONVERSIONE
REIPUB. IN DEMO-
CRATIAM.

Igitur Luc. Iuno (qui ob simulatam
astutiam, ut ejus alacritas, & ere-
ctum Ingenium tutius sub Tyranno
lateret, Brutus cognominatus erat.)
Collatinoque Ducibus cui ultionem
suae mortis, Lucretia jam moriens
mandaverat, Populus Romanus, ad
vindicans libertatis, ac pudici-
tiae decus, quodam quasi divino in-
stinctu concitatus, Regem repente
destituit, eorum bona diripuit, Im-
periumque in praedictos libertatis
suae vindices transtulit, mutato ta-
men & jure & nomine, quippe ex
perpetuo annuum placuit, ex sin-
gulari duplex, ne potestas solitudine,
& mora corrumpetur, Consules-
que appellavit pro Regibus, ut con-
sule-

CAO

fulere se civibus suis debere memi-
nissent Flor. lib. 1. cap. 9. Liv. lib. 1.
sicque Salustius c. . in fine scribit,
annua Imperia, binosque Imperato-
res sibi fecere Romani, eoque modo
putabant, per licentiam animum hu-
manum minime insolescere posse.

Sanè perpetua Magistratum po-
restas in Democratico & Aristocra-
tico præsertim statu plurima secum
incommoda trahit, & temporalis è
contra, maximè ad libertatis conser-
vationem conducit. Bodin de Rep.
lib. 4. c. 4. Ego in discursu de Magi-
stratibus c. 2. n. 5. Verum enim est
illud Mamertii apud Livium lib. 4.
maximam libertatis custodiam esse,
si magna Imperia diuturna non es-
sent.

Adeo autem tenaces & cauti in
libertate tuenda fuere Romani, ut al-
terum Consulem, nempe Collati-
num, tantum ob nomen Regium,
fascibus abrogatis vrbe dimitterent.
Flor,

Flor. d. c. 9. quod factum S. Augustin. de civitate DEI lib. . c. 17. & Cic. lib. 3 offic. improbant. sed ex status ratione descendit. Alber Gent. lib. 2. de arm. Rom. c. 4. Pariter Brutus cum studere revocandis Regibus liberos suos comperisset, eos in forum protraxit, & concione media virgis cecidit, securique percussit, ut planè publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur. Flor. d. c. 9. S. August. de civit. DEI lib. 3. c. 16. Valer. Max. lib. 5. c. 8. n.

Substitutus porrò Collatino Valerius Publicola, à populo ita dictus, summo studio annisus est, augeri liberi populi majestatem, nam & fascis ei pro concione submisit, & jus provocationis adversos eos dedit, & ne specie artis offenderet, eminentes ædes suas in planas submisit. Flor. d. loc. Plutarch. in vita Publicolæ. Ac quidem legem de provocatione, patronam civitatis, vindecim liberta-

nemi-
lib. 1.
ibit,
erato-
modo
imhu-
sse.
m po-
tocr-
secum
oralis è
confer-
le Rep.
Magi-
nim est
lib. 4.
m esse,
non ef-
cauti in
ni, ut al-
Collati-
egium
tterent.
Flor,

tis. Anton, apud Ciceronem lib. 2.
de Oratore vocat, eâ autem effectum
est, ne Consules absolutam haberent
potestatem, nec pro arbitrio in Ci-
vem animadvertere possent. Occur-
rit hic disputatio, ob autoritatem in-
ter se dissidentium politicorum, ma-
ximè controversa, quis nimirum
fuerit status Reipubl. Romanæ post
Reges pulsos, usque ad Imperium
Iulii Cæsaris. ac Augusti. Et qui-
dem Polybius alibi ait, videri regiam
potestatem in Consulibus, Aristocra-
ticam in Senatu, Democraticam in
populi comitiis eminere. Cic. Dion.
Halicar. Contarenius, & alii assen-
sum præbent, & statum Reip. Roma-
næ tum temporis ex tribus formis
commixtum fuisse tradunt. Quam-
vis autem non possimus Bodino ad-
stipulari, qui nullam omnino agno-
scit commixtam Reip. formam lib.
1. de Rep. fol. 279. ut jam modo di-
xi in tract. de statu Reip. mixto. Scitè
tamen

CAPUT SECUNDUM. 15

tamen Bodinus d. loco ait, apud pri-
 ficos Romanos fuisse in Magistrati-
 bus Imperium in Senatu auctorida-
 tem, & consilium, in populo sum-
 mam potestatem, ac Reip. Majesta-
 tem, ita ut maximè post Valerii pu-
 blicolæ populares leges verè demo-
 cratici Status formam induerit.
 Resp. Romana, ut docui in tract. de
 democratia c. 2. Consules enim mi-
 nimè regiam habuerunt potestatem,
 cum nec legem jubere, nec foedera
 sancire, nec tributa indicere, nec
 verberibus cedere civem, nec etiam
 restituere potuerint damnatos. Sen-
 natus nec in uviversos, nec in singu-
 los, ullum Imperium habuit & ea
 quæ is censebat, consules ad popu-
 lum referebant. Tribuni etiam Se-
 natores in vincula duci jubebant,
 hincque penes populum potestatem
 rerum omnium fuisse Fabius apud
 Liv. 8. rectè enunciavit, sicque vera
democratica tum Romæ erat popu-
 loque

lib. 2.
 fectum
 berent
 in Ci-
 Occur-
 em in-
 , ma-
 nimum
 post
 erium.
 Et qui-
 regiam
 stocra-
 cam in
 Dion.
 i assen-
 Roma.
 formis
 Quam-
 no ad-
 agno-
 am lib.
 odo di-
 to. Scitè
 tamen

loque omnis Majestas competebat.

Cum verò Marci Valerii Publicolæ lex, plebis potestatem nimium auxisset, Senatus & Magistratum imminuisset, propterea, quod Sententias Consulam irritas faciebant, nisi populi Iudicium accederet, permilla nempe plebis convocatione ac suffragio populi cuius pars maxima ex plebeis constabat, id ansam causamque dabat, ut ad nulla munia per Magistratus cogi inopes possent, sublato nimirum omni suppliciorum metu & quoque cum Latini assererent, Tarquinius emulatione & invidia pulsos, omne ideo Latium Manlio Turculano Duce quasi in Regis ultionem bellum Romanis inferret, Flor. lib. I. c. II. Et exercitus summa difficultate, & durissima conquisitione colligeretur, Placuit Senatui tollendum esse in præsentia consulatam potestatem, aliumque creandum Magistratum qui belli & paci

CAPUT SECUNDUM. 17

pacis, rei que omnis Dominus, nec
obnoxius esset alicujus rationis red-
dendæ. Factum itaque est Senatus
consultum, ut vir unus, quem
Senatus nominaret, populus con-
firmaret, eligeretur, quem Dicta-
torem vocârunt. Forster. hist. Jur.
Rom. lib. 1. c. 17. Eberlin. de origi-
ne, Jur. c. 17.

Et quidem maximis subinde in-
ingruentibus periculis, licet etiam
postea sæpius Dictator fuerit creatus,
tumque summa Populi potestas pau-
lisper latefcebat, quippe quod à Di-
ctatore neque provocatio ad popu-
lum, neque ullum, nisi in parendi
curâ auxilium esset. L. 2. & 18. de
O. I. Liv. lib. 2. & dixi in tract. de ap-
pel. c. 2. n. 5. Non tamen exinde for-
ma Reip. Democratica cessavit, ut
docui in tract. de Majest. in genere.
c. 6. quia nempe Dictatoris auctori-
tas ultra semestris temporis spatium
non extendebatur, Eique Magistri
equi-

ebat.
Publi-
imium
tuum
d Sen-
bant,
t, per-
tione
s maxi-
ansam
munia
possent,
riorum
ini asse-
ne & in-
um Ma-
in Re-
is infer-
exercitus
rissima
Placuit
æsentia
umque
i belli &
paci

equitum adjugebantur neque abs-
 que populi suffragio in equum a-
 scendere potuit, ut docet Eberlin d.
 loc. n. 11. & seqq. Quamvis sub Syl-
 la, & Julio Cæsare apparuerit dicta-
 turam in effectu Tyrannidem, seu
 proximam ad eam viam esse, ut ali-
 cubi scribit Halicar. Postea immi-
 nente bello Volscio, civitas secum
 ipsa discors, intestino intra Patres,
 ac plebem, flagrabat odio, maximè
 propter rixas ob æs alienum, freme-
 bant scilicet plebi, se foris pro li-
 bertate & imperio dimicantes, do-
 mi à civibus opprimi & capi. tu-
 tioremque in bello, quàm in pace,
 inter hostes, quam inter cives, liber-
 tatem plebis esse, orta inde seditio
 est, ac plebs in montem Iovi conse-
 cratum, & ex eo sacrum cognomi-
 natum, secessit, nec nisi Tribunos
 impetrasset, Menenii Aggrippæ fa-
 cundi & sapientis viri autoritate
 est revocata, factumque id Anno urbis
 con-

CAPUT SECUNDUM. 19

cōditæ 260. ac 16. vel 17. post Reges exactos Anno, Dario primo in Persia imperitante Liv. lib. 2. Dion Halicar. lib. 6. Forst hist. Iur. lib. 1. c. 19. Dicti autem sunt Tribuni quia tribuum suffragio creabantur, Tribuni autem plebis nominati fuerunt, quod tuendæ plebis causa maximè instituti fuerunt, undè nec coram Dictatore potestatem deponebant, eorum domus noctu non claudebantur, ut indigenti cuique eorum auxilia paterent, erantque magis ad intercedendum & impediendum, quàm ad agendum instituti Forst. de lib. c. 20, & seq. Eberlin de O. I. c. 17.

Ac ut optima etiam instituta tandem degenerare, & propter morum corruptelam in vitium verti solent, etiam seditionum plurimarum causas Tribunitia potestas excitavit, quæ specie quidem plebis tuendæ, ejus in auxilium comparata, erat instituta, re autem dominationem ac
qui-

quirens sibi, studium populi ac favorē Agrariis, Frumentariis, Iudicariisque legibus aucupatur, & ita misere Resp. in exitium suum merces erat, ut loquitur Flor. lib. 3. c. 13.

Cumque post exactos Reges incerto magis Iure & consuetudine Urbs Roma aleretur, quam scripta lege, placuit publicā auctoritate decem constitui viros, per quos leges à Græcis Civitatibus peterentur, quas in tabulas Eboreas perscriptas, pro rostris posuerunt, datumque illis est Ius in civitate summum, uti leges scilicet ferrent, & corrigerent, si opus esset, ac etiam interpretarentur, neque provocatio ab iis, sicut à reliquis Magistratibus fieret, ab iisque processerunt famosæ illæ leges 12. tabularum, quarum in Iure nostro crebra mentio est, quasque omnes Philosophorum Bibliothecas superare Cicero reputavit lib. 1. de orat. iisque totam Iustitiam contineri

neri

neri scribit Flor. lib. 1. cap. 24. earumque legum fragmenta (totæ enim non extant) collegerunt Marcilius, duo Godofredi, Rittershusius, & alii, commentariisque illustrarunt.

At cum traditos sibi fasces Regio quodam furore Decemviri retinerent, ante cæteros Appius eò insolentiæ delatus est, ut ingenuam Virginem stupro destinaret, oblitus & Lucretiæ, & Regum, & quod ipse composuerat, Iuris, eaque occasione, Decemviris omne Imperium à Populo ademptum fuit. Halicar. lib. 1. Liv. lib. 3. Val. Max. lib. 6. c. 1. exempl. tertio, Flor. lib. c. 24.

Porrò autem quamvis Romana Resp. quamdiu libera, semper vera fuerit Democratia, inter optimates tamen, ac plebem subinde certatum fuit, tam ob matrimoniorum dignitatem, ut nempe Plebei etiam Patriitiis jungerentur. Liv. lib. 4. quàm ut Plebei quoque Magistratus crearentur.

tur.

tur Liv. ad fin. lib. 6. Flor. lib. 1. c. 26.

Sicque Adolescentiæ tempus, seu secundam ætatem habuit populus Romanus, in quâ totam Italiam, quatenus intra fretum & Alpes continetur, Imperio suo subiecit Flor. lib. 1. cap. ult. Is ergo domitâ Italiâ, jam propè quingentesimum annum agens tum verè robustus, & juvenis Par orbi terrarum esse coepit, ita propè quingentis annis, quibus domi luctatus est, ducentis subsequentibus reliquam Europam, Africam, Asiam bellis, victoriisque peragravit. Flor. lib. 2. c. 1. Albanus in prolegom. operis sui historici. adeò prima dominandi spes in arduo est, ubi ingressus fueris, ad sunt studia atque ministri, ut Tacit. alicubi ait, semperque facilius dignitas, ac potentia crescit, quam incipit. ut scribit Senec. epist. 107. & primam victoriam instrumentum esse solere subsequentis, prudenter dicit Justin. lib. 1. c. 8.

De

CAPUT SECUNDUM. 23

De causis autem incrementi Imperii Romani Sulpitia poëtica ita scribit, duo sunt, quibus extulit ingens Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis. disciplina autem ac virtus militaris tunc fuit constans, ac severa, ac quamdiu talis, per eam orbis Imperium est quæsitum, quemadmodum etiam Boltius scribit, disciplina militaris acriter retenta Principatum terrarum Romano Imperio peperit.

Aciei dispositio ita erat accurata & distincta, ut Romani non tam viribus, quam ordine & ratione vicerint, in fide, in statione, & Ducis sui obsequio tam diu milites permanebant, donec in vita. unde Salust. erat. de Rep. Jordin. jam primum ait, Iuventus simul ac belli patiens erat, in castris per laborem militiam usu discebat, magisque in decoris armis & militaribus equis, quam in hortis, atque convivis libidinem habebat, talibus

De

. c. 26.
s, seu
lus Ro.
quate-
inetur,
I. cap.
propè
ns tum
rbi ter-
ingen-
est, du-
m Eu-
victo-
2. c. 1.
s sui hi-
ndi spes
ris, ad-
t Tacit.
ilius di-
uam in-
107. &
ntum es-
enter di-

talibus igitur viris non labor insolitus, non locus ullus asper, aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus, virtus omnia domuerat. Insuper præfecturæ militiæ nemini committebantur, nisi qui inferiores militiæ gradus emensi erant, ita ut alios rectè docere possent, quod ipsi prius fecerant cum laude.

Populus enim Romanus ardorem primum libertatis, ac eâ confirmatâ gloriam & studium Imperii augendi in primis sibi habuit curæ; unde S. August. lib. 5. de Civ. DEI c. 17. ait, Magnum illis fuit aut fortiter mori, aut liberos vivere: sed cum esset adæpta libertas, tanta cupido gloriæ incesserat, ut parum videretur sola libertas, nisi & dominatio quæreretur.

In primis autem Reip. Romanæ conduxit, quod non ut in Atheniensi Rep. à populo, sed à Senatu deliberationes suscipiebantur, unde Liv. lib.

CAPVT SECVNDVM. 15

lib. 30. raro inquit, simul hominibus bonam fortunam, bonamque mentem dari, Populumque Romanum eò in victum esse, quod in his rebus sapere & consulere maluerit, & Polybius, quoties externi periculi metus eos in medium consulere coëgit, tantam ait fuisse Reip. Romanæ vim atque harmoniam, ut ne que in deliberationibus quidquam corû prætermitteretur. quod factum esse copus, cum ut quippe acciderat, eò certatim suas cogitationes conferrent, & eorum, quæ erant decreta, nihil fieret tardius, quam oporteret, publicè, privatimque omnibus ad consulta perficienda comittentibus, quare, inquit, invicta atque inexpugnabilis illa Resp. est.

Senatus autem partim ut seditiones & factiones à Rep. averteret, partim ut purganda urbe otium, atque cum otio commotio vitiorum materiam toleret, & perditis hominibus, velu-

B

ti pra-

insoli-
arduus
nidolo-
Insuper
ommit-
militiæ
os rectè
us fece-

rdorem
firmatâ
ngendi
nde S.
ait,
er mori,
ffet ad-
oria in-
sola li-
uærere-

Romanæ
henien-
delibe-
de Liv.
lib.

ti pravis & corruptis humoribus pleoricum Reip. corpus evacua- ret, semper bellorum occasiones qua- siverat ac etiam moderante sic provi- dentia divina (quæ utpote censente S. August. lib. I. de Civit. D E I. C. 12. ad domanda gravia ma'la multarum gentium miraculosè ferè incremen- ta illi Reip. dedit) ultrò se bellorum cause primò cum finitimis, deinde cū transalpinis & longinquioribus quo- que populis vel sui, vel suorum defen- dendorum gratia obtulerunt.

Bella enim non sine justa causa suscipiebantur, quod singulari tract. docuit Alb. Gent. quem de arm. Rom. inscripsit, hincque ut ex Livio appa- ret, nonnulli Carthaginis excidium dissuaderant, ut scilicet urbis æmulæ, metu magis intenta rebus suis plebs in officio esset, quæ sublata Imperii æmula non gradu sed præcipitio à virtute ad vitia descivit.

Et de acquisitione hætenus, non
minus

minus autem in tutando Imperio, quam in acquirendo summam prudentiam est opus, hincque Cyrus apud Xenophont. Imperium tueri & conservare longè difficilium esse affirmat, quam comparare, dum ait acquirere sæpius enim illi contigit, qui audaciam duntaxat adhibuit, sed stabilire, & retinere, quod adeptus es, id verò non sine temperantia, nec sine multo studio fieri solet; In hoc autem Populus Romanus excellit etiam comprimis in pace, & sociis eligendis, accuratè observabant, quosnam animos ad pacem afferrent, & imprimis cum iis, qui temporibus insidiarentur, sedulo sibi cavebant, ne vel periculosam vel turpem facerent pacem.

Devictos, sed non planè subactos hostes Populi Romani Majestatem observare curabant, ita tamen, ut legibus suis ac libertate nihilominus tuerentur. Unde Municipi-

B 2

pales

oribus
cuaret,
quasi-
provi-
sente S.
. C. 12.
ltarum
remen-
llorum
nde cū
is quo-
defen-
ausa su-
i tract.
. Rom.
appa-
cidium
emula,
s plebs
mperii
picio à
s, non
minus

pa'les civitates dicebantur, aut man-
cipia, quæ à Populo Romano in so-
cietatem, suorum munerum, aut
honorum recepta, suo interim Iure
utentes, semperque ab initio Rem-
pub. separatam à Populo Romano
habebant, de quibus in ff. est totus
titulus Ad municipalem, de iisque
ait Gellius noct. Atticarum lib. 16.
¶. 13.

Sed hoc imprimis firmavit in ex-
teris locis Populi Romani domina-
rum, quod in devictas provincias,
colonias, ex urbe mittebant, hacque
ratione Populus Romanus ubique
habitabat, dum colonias in omnes
Provincias submisit, in iis quoque
linguam suam propagavit, & ita in
Hispania, Gallis, aliisque locis lin-
gua prisca extincta, & Romana plan-
tata fuit.

Præsides etiam Provinciarum cum
Resp. Romana adhuc in bono statu
esset, subitis non oneri erant, ita
quo-

quoties Magistratibus in Provincia^s proficiscendum esset, ne eorum comitatus & transitus, provinciales gravarent, mulis tabernaculisque, & omni alio militari instrumento, ipsi se instruebant, hospitia benignè, comiter, & honestè colebant, ipsi quoque milites præsidarii, tantâ innocentiae laude celebrantur, ut nemini graves essent. Unde Cic. lib. 2. offic. nostri Magistratus, Imperatoresque ex vna hac re maximam laudem capere studebant, si Provincias, si socios, æquitate, & fide defendissent, itaque illud patrocinium orbis verius, quàm Imperium poterat nominari.

Habebant porro Romani, præsidia, ubi coloniae non poterant duci, ea in limitaneis locis potissimum collocabantur, ubi minimo oneri subditis, maximo usui in hostes essent: habebant itidem milites seu præsidia in mari ac fluminibus di-

spolita, per classes, ut Pyratas ac hostes arcerent, suis verò transvectionem ac transeum saluum præstarent, ut & oras maritimas tutarentur. Ac sanè nulla potentia magna classibus carere posse putatur, unde dominium maris semper affectarunt Romani.

Pacis porrò, quod attinet artes, inter eas imprimis quoque educatio infantum referri meretur, & quæ plantarum quasi Reip. existit, ea prisco ævo Romæ seria, accurata, & Reip. accommodata fuit, & quidem ad recti decus, atque iis artibus suos erudiri curabant, quibus ingenia ad usum Reip. excitabantur, inter quæ erant præter rem militarem, præcipuè Eloquentiæ, & Iuris stadium. Adolescentes liberalibus disciplinis imbuti, mox viris in Rep. claris commendabantur, à quibus ad praxin & usum rerum politicarum, manu quasi ducebant, quâ de re Author Dialogi

logi

logi de Oratore, vulgò Quintiliano
 ascripti, ita egregiè juvenis inquit
 ille, qui foro & eloquentiæ paraba-
 tur, imbutus jam domestica discip-
 na, refertus honestis studiis deduceba-
 tur à patre vel à propinquis ad eum
 Oratorem, qui principem locum in
 civitate tenebat, hunc sectari, hunc
 prosequi, hujus omnibus negotiis in-
 teresse, sive in judiciis, sive in con-
 cione assuescebat, magnus ex hoc
 usus, multum constantiæ, plurimum
 judicii Juvenibus statim contirge-
 bat.

Quod autem Ennius olim scripsit,
 moribus antiquis stat res Romana,
 ij erant abstinentiæ, boni publici
 studio, constantiæ, temperantiæ que
 lande insignes, candidi, sinceri, sim-
 plices, & tamen cum vera pruden-
 tia conjuncti. De publicare, nihil
 præter gloriam captabant, & inde
 viri etiam maximi, è re familiari pau-
 peres, honore & nominis decore di-

yratas ac
 transve-
 rum præ-
 nas tuta-
 ntia ma-
 putatur,
 per affe-

net artes,
 educatio
 & quæ
 stitit, ea
 urata, &
 z quidem
 ibus suos
 genia ad
 eter quæ
 , præci-
 stadium.
 disciplinis
 ris com-
 oraxin &
 anu qua-
 nor Dia-
 logi

tissimi fuere. Sicque Menellius Agrippa aere collato muneratus, Q. Cincinnatus à vomeris stivâ, ad securas consulares est vocatus, hinc & multorum æs alienum, qui provincias sincerè administrarunt, ex publico persolutum fuit, sic Scipionis filia, quia pater iis pauperiem ex asse reliquerat, ex ærario publico accipere dotem, & Senatus novis maritis sociari loco fuit.

Constantia verò & gravitas Romanorum adeò sibi constabat, ut quamvis cum pluribus hominibus ac diversorum institutorum gentibus consuetudinem haberent, tamen ubique mores se dignos, & amictu & victu, & oratione & vitâ tuerentur.

Sed & honores ac res secundas non illis animos extollebant, nec etiam calamitates vigorem & spiritum adimebant, adeò ut in utraque fortuna, sui temper similes ac modesti essent.

Art. Quàm temperantes ac innocentes habuerint mores, illud documento est, quod viri in conviviiis frugales, ac mulieres planè abstemiæ erant: Unde illius instituti origo descendit, ut cognatis osculum ferrent, explorandi causa, an vinum bibissent. Extant etiam exempla, ubi mariti impunè occiderunt uxores quod vino fuerint usæ, virgines verò conviviiis non adhibebant, ne earum aures obscœnis fortè verbis violarentur, ut Varro apud Marcellum, in verbo, Acerbum, habet.

Præsentibus autem liberis, nihil quod indecorum videri poterat, in verbis, factis, aut gestu faciebant, quia sciebant in liberos, facile manare exempla parentum, sive bona sive mala. Et ideo egregiè Valer. Maximus lib. 4. c. 3. ait. Dii demum Penates, ea civitas, id regnum, æterno in gradu steterit, ubi minimum virium Veneris, pecunia que cupido, sibi vindicaverit,

B 5

In

elius A.
us, Q.
, ad se-
, hinc &
i provin-
, ex pu-
Scipionis
em ex asse
o accepē-
maritis so-

vitæ Ro-
abat, ut
ominibus
m. genti-
nt, tamen
& amictu
tà tueren-

s secundo
nt, nec et-
& spiritum
que fortu-
modesti es-
sent,

Insuper etiam Romani Instituto-
rum suorum ita erant observantes, ut
de suis rectè sancitis nihil temerè
mutabant, aut remittebant.

De exterorum vicissim moribus,
nisi probatissimis & Reip. suæ statui
aptis, non facile quid admittebant.
Unde illud veteris Poëte Romani.
Odi mores transmarinos, mille ha-
bent offutias. Optimè enim illos
imperia tueri didicerant, qui eadem
Instituta constantissimè tenerent,
quibus initio Imperia, rectè funda-
rent, nisi evidens Reip. utilitas ali-
quid mutandum suaderet.

Unde Livius nihil, inquit, mo-
rum, ex antiquo probabile est vere-
ribus, nisi quæ usus evidenter arguit,
stare malant. Novorum enim mo-
rum introductio, temerè mutatis pa-
triis bene constitutis, evidens labo-
rantis & aliquando etiam ad inte-
ritum vergentis Reipublicæ signum
esse consuevit.

Sed

Sed in secunda præcipui populi Romani ætate, tales probi mores Romæ erant, sancti nimirum, pii, sine flagitio, ac scelere carentes, & ita etiam tempora, ut ita dicam, aurea fuerunt: sed postea moribus transmari- nis omnia corrupta fuere, dum nimirum Pœnerum hostium metus imminens, qui disciplinam veterem continebat, cessit, & Asiaticis deliciis civitas inquinata fuit. Quod advertit etiam S. August. de Civit. Dei lib. 3. c. 16. Florus lib. 3. c. 12.

Ac nescio an tatius fuisset Populo Romano Siciliã & Africã contentum fuisse, aut his ipsis carere, dominante in Italia sua, quam eò magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur. Syria autem victa in primis corrupit Romanos, mox Asiatica Pergameni Regis hæreditas, illæ opes atque divitiæ affligerunt sæculi mores, mersamq; vitiis suis quasi sentina Remp. pestum dedere, id quod

Sed

quod plerumque fieri solet, unde sci-
tè Iuvenal. Satyrâ. 6.

Savior armis,

Luxuria incubuit, victumque ulcisci-
tur orbem,

Quo & respexit Horatius dum 16.
Eclodon, ait.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Et hinc apparet, quam rectè Sene-
ca scribat Epistola. 91. cladis causas,
si alia deficiunt, nimia felicitas inve-
nit, indeque Politicis commune axio-
ma est: Imperium nimis magnum si
non ab alio, à se ipso tamen destrui:
sed notatu imprimis dignum est, quod
Polybius, consideratâ seriò Reip. Ro-
manæ formâ, ac constitutione, præ-
clare prædixerit, quali, impofterum
mutatione, Resp. illa sit turbanda, &
everrenda, cum tamen is vixerit in
comitatu Scipionum, adhuc constan-
te Reip. libertate, probisq; moribus
vigentibus.

Verba ejus ita sonant: Postquam
civi-

Civitas aliqua multa, eaque magna pericula superaverit, ac eluctata fuerit, jamque ad Principatum & potentiam ascenderit manifestum est, ubi fortuna secunda, non moderatè habita in ea sedem fixerit, in mores luxum irrepere, in animos Virorum ambitionem, & perficiam, dum circa Magistratus, dum circa alios, quod ubi semel invaluerit, malum existat mutationis in deterius principium, ab honoribus per ambitionem petitis, aut negatis; itemque ab illa arrogantia & luxu, quo privatorum mores erant depravati: perficiendæ verò mutationes Author erit Populus, cum à Magistratibus quidem injuriâ affectus, propter eorum avaritiam ac rapinas sibi videbitur, ab aliis verò propter ambitionem assenatione corruptus, & vano rumore fuerit inflatus; tunc enim incensus irâ, & solis iis, quæ iracundia suggererit, utens consiliis, pare-

nde sci-

e ul' cisci-

dum 16.

ruir.

tè Sene-

s causas,

tas inve-

ne axio-

agnum si

destrui:

est, quod

cip. Ro-

ne, præ-

posterum

anda, &

vixerit in

constan-

moribus

ostquam

civi-

re amplius, aut æquo iure agere, cum prioribus Magistratibus deturbabit: verum pro omnibus unus ipse erit, plurimumque poterit, quo facto mutata facie Reip. nomen quidem longè pulcherrimum Civitas recipiet, libertatem inquam & popularem statum: re verò ipsâ turbæ inconditæ dominationem experietur, quod malum erit omnium longè deterrimum, & servituti viam sterneret.

Hæc velut ex Phebi tripode Polybius pronuntiavit; & cum hæc omnia ita fuerint subsequuta, exinde apparet, quod Politicus prudens, etiam de futuris, ex præteritis & præsentibus ritè perpensis, dextrè conjecturare queat.

Quæ autem feditiones internæ ex moribus malis, postea ingruentibus ortæ, vitia irreperint, ac nempe de luxu Romanorum immenso, de avaritia quæ ex luxu oritur, quamque inprimis in provinciis dominante
Rep!

Rep. præfides ac gubernatores exer-
cebant, multa habet Ioan. Lockhe-
mius lib. 4. de periodis Imperiorum.
Ac passim etiam Florus. Et sanè pe-
cuniæ hocce studium effecit, ut nihil
apud Senatum, nisi nummis interve-
nientibus, nihil apud Populum nisi
per largitiones effici potuerit: ut verè
conquestus sit Propertius.

Auro pulsa fides, auro venalia Iura.

Aurū lex sequitur, mox sine lege pudor.

Ambitio autem Potentum, &
vulgi licentia, atque facilitas in pri-
mis omnia corrumpit, & turbabit, ut
Flor. lib. 3. c. 12. tradit, cùm ait, ex hu-
jusmodi principiis inter Marium &
Syllam Cæsarem item atque Pom-
peium aliosque, honoris certamen
ortum est, illudque certamen Cæsa-
rem tandem atque Pompeium turba-
libus in exitium Reipub. facibus ar-
mavit. Nam sanè non civiles solum
seditiones, sed & bella socialia, atque
servilia, Italiae vires attriverunt: Sed
mediâ

Rep.

in primis propter civiles seditiones, apertisque civilibus bellis in urbe media ac foro, quasi in arena Cives Concivibus suis gladiatorio more concurrerunt, nec tunc plebei Duces aut Nobiles perverſi Ducatum ſceleri præbuerunt: ſed & ſæculi ornamenta Marius, ac Sylla, peſſimo facinori capita ſe præbuerunt, totque eâ clades Cives abſumpſit, per cædes ac proſcriptiones, ut vix potuerint numerari, Sylla Patritios, Marius Plebem defendit: ſed uterque privaram cauſam egit, ad dominatumque aspirabat. Sylla Victor Mario miſerè occumbente, perpetuus creatus Dictator, & utrumque in ordinem reducta Civitas fuit, Syllâ quali Rege exiſtente.

Qui tamen ante mortem depoſuit Dictaturâ, libertatemque Partiæ reſignavit, & quod Cæſar dicere ſolebat, Politicum ſolæſciſmum commiſit. Veruntamen nondum eo tempore adeo de-

depravati mores erant, ut Tyrannidi ferendæ, populus par esset, quod Sylla tanquam acutissimus Politicus benè animadvertit, ideoque maluit deponere dictaturam, quàm ab eà dejici violenter.

Idemque Sylla teste Suetonio in vita Cæsaris, acurè præagivit, in Iulio Cæsare multos Marios latere.

Ac sanè mox Pompei, Crassi que invaluit potentia, cui se opposuit Cæsar, qui nobilissimus licet, p'ebis tamen partes, videri voluit tutari, non ut Nobilium tyrannidem, quod præfererebat, depelleret, sed ut ipse solus imperaret. Sanè jam illo tempore majus erat Imperium Romanum, toto orbe pacato, quàm ut externis viribus extinguì possit: propriis ergo viribus, ut in ultionem gentium occumberet, voluit providentia Divina.

Sanè prudenter Dion. Cassius lib. 47. histor. Romanæ scribit, fieri non posse,

tionem ;
n urbe
a Cives
o more
ei Du-
ucatum
culi or-
pessimo
r, to q;
per cæ-
x potue-
os, Ma-
uterque
domi a-
stor Ma-
perpetuus
que in or-
t, Syllâ
posuit Di-
e resigna-
lebat, Po-
misit. Ve-
pore adeo
de-

posse, ut in eo Reip. statu, ubi penes Populum Imperium est, si is ad summum fastigium ac ad tantam, quanta tunc fuit Romanorum potentia, erectus est, ut animis civium suorum moderari queat.

Sed imprimis aliud adhuc accedebat, quod nempe Respub. Romana ejusque libertas, ex Fati lege, seu potius ultione divinâ deberet interire, nam certè magna Imperia, ingentia cumulant peccata, quæ tandem DEVS Opt. Max. illorum Imperiorum inversione punire solet.

Quo & respexit Lucanus gravissimus Poëtarum, qui libro 1. ita canit. Invida factorum series, summisq; negarum Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus,
Nece Roma terens.

Et alio loco,

In se magna ruunt, lætis hunc Numina rebus.

Crescendi posuere modum.

Sed

Sed certè Crassus inter Cæsarem & Pompeium, medium, quasi se ferebat, impediēbatque quo minus illi apertè, sibi invicem bella moverent: sed Crasso extincto, jam in duas factiones Roma divisa fuit. Dum nempe Cæsar, ut Lucanus ait, ferre non potuit priorem, nec Pompeius patrem.

Antea Mariana Cinnaeque rabies, & Syllaniana tempeitas, inter Urbem & Italiam se continuerant, at Cæsaris atque Pompei furor, totum quae patebat Imperium, quodam quasi diluvio & inflammatione corrupit, adeò ut iudice Flor. lib. 4. c. 2. non rectè civile, nec sociale quidem & externum sed commune potius quoddam ex omnibus, & plusquam bellum dici mereretur.

Erat quidem Pompeius magnæ authoritatis, rerumque gestarum gloria insignis. Sed jam eius fortuna senescente, Cæsaris crescebat, & pro-

Sed

pro-

propter victos Gallos, Germanosque
 & Britannos tentatos, illorum viri-
 bus, robur exercitus invincibile ha-
 bebat, eoque sub prætexu Pompe-
 ium, hostesque alios suos debellandi,
 ac libera eum recuperandi, unâ Rem-
 publicam devicit, & Pompeium fu-
 gavit, qui in fuga iussu Ægypti Regis,
 consiliis verò Spatorum (qui poten-
 tes semper in illo regno ad morem
 Persarum erant) & ne quid malis de-
 sist, Septemii desertoris sui gladio,
 trucidatus, sub oculis uxoris, libero-
 rumque suorum, mortuus fuit: quâ
 de re videri possunt Flor. lib. 4. c. 2.
 Plurarch. in Cæsare & Pompelo, ac
 Appiano lib. 2. de bellis Civil.

Cæsar ergo potentioribus devictis
 vel fugatis, neminem jam habebat,
 quem timeret, vel qui ejus potentia
 resisteret. ergo cum plebs putaret
 se habere jam plenam libertatem, re-
 pente servire Cæsari cœpit, qui ta-
 men Regis nomen tanquam odio-
 sum

sum det status est, & Dictatoris per-
pecui sumpsit, re verà tamen Rex e-
rat, & Regiam potesta em exercebat,
ut Suetonius in eius vita, non uno lo-
co refert.

Ille etiam callidè inimicis omni-
bus ignovit, & erga omnes benevo-
lus videri voluit, tamen clementiam
illam affecta am, civis prudentiores
suspectam habebant & gravis erat li-
beris beneficiorum potentia. Ergò
multi conjurati, ducibus Bruto &
Cassio, eum in curia. 23. vulneribus
mactaverunt, sicque ipse, qui civili
sanguine curiam implevit tandem
curiam suo sanguine insperfit, inde-
que factum, ut adhuc disputetur, ane
justè fuerit occisus. Quà de re egi, e-
go jam in eult. mea Synop. & in tr. de

conversione Imperiorum

ad finem.

anosque
rum viri-
cibile ha-
Pompe-
bellandi,
nà Rem-
cium fu-
ti Regis,
ui poten-
morem
malis de-
gladio,
s, libero-
fuit: quâ
D. 4. C. 2.
pelo, ac
vii.
s devictis
habebar,
potentiæ
s putaret
atem, re-
qui ra-
am odio-
sum

C A P U T I I I .

DE INITIIS ET PRO-
GRESSU MONARCHIÆ
sub Regibus Roma-
nis.

POpulus Romān⁹ Cæsare & Pom-
peio trucidatis rediisse in statum
pristinæ libertatis videbatur, nisi aut
Pompeius liberos, aut Cæsar hæredem
reliquisset, ut Florus scribit lib. 4.
Ac sanè Populus Romanus nimium
Cæsariano nomini addictus, ac ita
etiam corrupta Respub. fuit, ut sal-
va esse potuisset, nisi confugisset ad
servitutem, ac ita insignis mutatio,
effecit, ut una Romanæ dominatio-
nis, id est humani generis conversio-
ne penitus ferè contremuerit, omni-
que genere discriminū civilibus ter-
restribus, ac navalibus bellis, omne
Imperiicorpus fuerit agitatam. Cæ-
far

CAPVT TERTIVM. 47

far ergò Octavianus hæres & Adoptivus filius Iulii. Cæsaris sub specie necis vindicandæ, quæ patri illata fuit, mirè omnia turbavit, ut postea ipse esset, qui à se turbata restituisse, voluit videri, quemadmodum ejus artificia à Tacito lib. 1. Annal. summo judicio, ac etiam à Dione Cassio describuntur.

In hunc ergò Cæsarem Octavianum omnis potestas, post varia & crudelissima bella, quæ à Floro lib. 4. de gestis Roman. recensentur, rediit, Is etiam solitio artificio Regis, ac etiam Dictatoris nomen repusavit, Principisque sumpsit, estque Princeps, qui primum locum capit, ut deinceps, qui capit deinde, hoc est secundum.

In nunc itaque Lepidi atque Antonii arma plurimo quidem variis in præliis civium sanguine fuso, cessere, dictusque postea fuit Augustus, non ab augendo, sed ab augurio quasi

R O-
H I Æ

Pom-
statum
nisi aut
redem
lib. 4.
mimum
ac ita
ut sal-
sset ad
ratio,
inatio-
versio-
omni-
us ter-
omne
Cæ-
far

quasi bonis auspiciis consecratus, hincque Festus ait, Augustus locus sanctus est, ab avium gestu, id est ab avibus, quia significatus est, sive ab avium gustatu, quia aves pastæ id ratum fecerunt, optimum autem veteres augurium putabant, si aves pascerentur & errant Nostra est qui Augustum interpretantur, Mehrere des Reichs.

Sed ne Augustus Bruto & Cassio Julianis patriciis casis Sexto Pompei Magni filio apud Siciliam oppresso, ubi militem, Tacito teste, donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit, munia senatus magistratum legum paulatim ad se trahens, demum Imperatoris nomen Populi decreto accepit, non quale ob victoriam tribui mori vetusto solebat, sed quo summa Imperii demonstratur. Nam sanè olim sub libera etiam Rep. Duces, qui benè re gestâ apud milites in magnam auctoritatem.

sita.

ritatem pervenerunt, Imperatores à Legionibus salutati fuerunt, quæ res honorem & dignitatẽ, minimè verò potestatem concernebat. Augustus autẽ Imperator voluit vocari, ab Imperio, imperandiq; summã potestate.

Ac res potro eò rediit, ut arte & metu, senatu populoq; devincto, Imperium solus Augustus obtineret, quin & illius acta, Senatus iuramento approbaret, eumq; omni legum vinculo liberaret, & tandem tribunitia oblata potestate perpetua Regiam planè, si imperandi vim spectemus, auctoritatem ipsi conferret, quæ omnia Suetonius in vita Augusti, ut & Dion. Cassius histor: lib. 52. & seq. latius exequuntur.

Sanè qui Rempublicam innovare cogitur, in id incumbat, necessè est, si innovationem illam non ingrãtã populo esse vult, ut quando res ipsas, sicut ante erant, retinere nequit, earum saltem retineat aliquam umbram

G

bram

ecratus,
us locus
id est ab
sive ab
tæ id ra-
tem ve-
aves pa-
es qui
Mehrer

& Cassio
o Pom-
am op-
este, do-
osdu' ce-
atus ma-
id se tra-
s nomen
on quale
tusto so-
perii de
sub libe-
nè re ge-
a auho-
sita.

bram, aut si rem ipsam jam habet, aliis
 umbram relinquat, ut Clapnarius de
 arcan. Rer. pub'. lib. ult. pluribus Ubi
 inter alia ait Imperator, Dominus,
 Cæsar, Rex, Princeps, & quæ sunt
 plura Dominationis vocabula, re ipsa
 fuerant unum & idem, & umbra quæ-
 dam populi oculis, tamen fuit obdu-
 cta, ut putaret se habere, quod jam
 amiserat re verâ.

Ex quo colligere promptum est
 famosam illam Regiam legem, cujus
 vigore Populus Principi, & in Princi-
 pem omne suum Imperium transtu-
 lit, ex quo etiam dici solet, quod quæ
 Principi placuere, legis habeant vi-
 gorem l. 1. ff. de constitut. Princ. §.
 sed & quod Principi Inst. de Iure va-
 tur, &c hanc inquam Regiam legem,
 non ut quidam putant fictitiam: sed
 Augusti sub Imperio inductam, la-
 tam, promulgatamque fuisse, unde
 & Augustam, privilegium appella-
 tur, in l. ult. §. penult. C. de cad. toll.

Voca-

CAPUT TERTIUM. 91

vocatur etiam ex Augusti. l. 14. in
 fine ff. de manu miss. testam. Ac jam
 in tract. meo de Monarch. c. 4. r. 5.
 docui, Augustum. 10. ipsius Consula-
 ta, legib⁹ solutum, putoq; tunc legem
 Regiam latam fuisse. sed non nisi le-
 gem Imperii ab initio, postea demum
 ab effectu legem Regiam appellatam
 esse. argum. l. 3. C. de testam. eaq; Re-
 gia lex repert⁹ solebat, singulis sub Au-
 gustis, & adhuc Romæ fragmentum
 extat Regiæ legis, de Vespasiano la-
 ta: quod autem mentio fit quando-
 que legum Regiarum, uti in. ult. ff.
 de mortuo inferendo, id non de hac,
 sed de legibus sub Regibus primis la-
 tis subintelligendum est, Lyclama. lib.
 7. Membranar. Ecloga. 9.

Hocque modo Urbs illa æterna
 rerum domina ac gentium Imperii,
 virtutis, dignitatis, gloriaque domi-
 cilium, mundi caput & Regina, o-
 mnium Civitatum Mater, & orbis Me-
 tropolis, proprii Civis pedibus subje-

t, aliis
 ius de
 s Ubi
 inus,
 e sunt
 e ipsa
 a quæ-
 ob du-
 d jam
 um est
 cujus
 Princi-
 anstu-
 od quæ
 ant vi-
 tinc. S.
 ore va-
 legem,
 m: sed
 m, la-
 , unde
 ppella-
 ad. toll.
 voca-

52 PARS PRIMA

& a popularisq̄ue dominandi ratio
 in verè Monarchicum mutata statum,
 sub leni tamen principatus nomine
 velata fuit. Unde & Suetonius in
 Caligula refert, parùm abfuisse, quin
 Cæjus Caligula diadema Barbaricis
 Regibus solenne sumeret, ac speciem
 principatus in regnum converteret,
 sed ex hisce simulacris inanibusq̄ue
 jubendi, jurib⁹, nihil Regiæ potestati
 decessit, quemadmodum auctorita-
 te Appiani Alexandri, & aliorum
 d. lo. n. 2. &c. ostendi. Bodinumq̄ue
 refutavi, qui Principatum seu Imper-
 rium Romanorum Imperatorum
 Mixtum & Aristocraticum statum
 declinantem esse putat. Nam sanè
 potestas à Populo Romano Impera-
 toribus collata absoluta verè fuit,
 ejusq̄ue vigore, quæcunq̄ue in publi-
 cis privatisq̄; rebus ex usu Reip. esse
 censebant, liberè agere potuerunt,
 quod & pluribus ostendit Henning.
 Arniseus lib. 2. de Repub. c. 6. sect. 4.
 m. 6. & sequent, & Au-

CAPVT TERTIVM. 55

Interim tamen apud bonos Imperatores sua constabat authoritas senatus Romani, sed hoc ita est intelligendum, non quod communicata cum ipsis fuerit majestas, sed quia in partem curarum senatores vocati fuerunt, pariter ut in regnis Tyrannicâ dominatione haud oppressis, parlamenta, status, Ordines, Regni Senatores, die Landschafft oder Landstând interrogant & audiunt in rebus gravioribus, Reges aliâs absoluti, quo & intuitu Senatum Romanum meliorem partem generis humani Simachus vocat, & prob' Imperator apud Phobistum: Vos estis mundi Principes & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. Et Corrippus Iustino sequentia tribuit verba:

Vos o mihi proxima membra
Conscripti Patres, nostri spes maxima regni.

Vos estis pectus, vos brachia verticis hujus,

Cor:

li ratio
statum,
nomine
nius in
e, quin
baricis
speciem
erteret,
ibusque
potestati
thorita-
aliorum
numque
eu Impe-
ratorum
statum
tam sanè
Impera-
verè fait,
in publi-
Reip. esse
otuerunt,
Henning.
6. sect. 4.
& Au-

Certè amplissima fuit Senatus potestas ordinario Iure, hicce enim ordo Imperiū dabat, exercitus confirmabat, ut putet ex Spartiano in Hadriano, ex Phobisto in Tacito, & ex Capitolino in Marco. Senatus etiam provincias regebat Proconsulares. l. 2. §. novissimè ff. de Orig. Iuris. Ubi refertur, quòd sub Imperatoribus præsidiales Provinciarum Principum nutu gubernatae, Proconsulares verò, Senatus iudicio fuerint distributae. Senatus etiam bellum indicere solebat; & inde Claudianus in 2. panegyrico Stiliconis.

Censebat bella Senatus,

& in 3.

Aquilus decreta Senatus.

Senatus item decreta legis auctoritate obtinebant lib. 2. ff. de leg. §. contra. Inst. de Iure natural. &c. l. 2. §. deinde 9. ff. de O. I. Et pariter Senatus circa provocationem iudicabat, ab eo quippè appellare vetuit

Ha-

CAPVT TERTIVM. 55

Hadrianus Imperator l. 1. §. 2. ff. à quibus appellare non licet, ne scilicet provocatio ab ipso Principe videbatur concessa, qui etiam Senatorum numero adscribitur. in l. jus Senatorum C. de dignitat. vincula l. quiquis ff. ad l. Iul. Majest. Senatus quoque auctoritati plurimum attribuere Theodos. & Valentinianus Imperatores, utpotè qui constituerunt, si quid deinceps in publica privatatque causa emerferit necessarium, quod publicæ legis formam exposcat, id ab omnibus antea à proceribus Palatii, quàm gloriosissimo Patrum conscriptorum Cæsarum tractari, & cum omnes consenserint, tunc demùm auctoritatem Cæsareæ cõfirmationis accedere debere. l. humanum §. C. de LL. Novell. 62. Simach. Epist. 21. idque tamdiu duravit, donec Leo Imperator Novell. 71. hancce Senatus auctoritatem sustulit, quod tamen factum fuit, cum Imperium

occi-

atus po-
nim or-
confir-
o in Ha-
to, & ex
natus et
consula-
Orig. Ju-
Impera-
ia. Prin-
consula-
erint di-
llum in-
ianus in

Senatus,

Senatus.
is autho-
f. de leg.
ural. &c.
Et pariter
em judi-
e venit
Ha-

occidentale Francisci Imperatores obtinerent, ac certè ad hancce formam in Imperio Francico & Germanico, loco Senatorum Romanorum constituti fuerunt pro Senatoribus Regni, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates &c. Principes item & alii Magrætes, ut & Civitatum deputati: id quod adhuc in plerisque locis fieri solet.

Et porro non obstat nec Majestati absolute Romanorū Imperatorū aliquid decessit, quod aliquando Imperatores, à Senatu proscripti, pulsati, fugati, imò etiā morti addicti fuerunt, sic enim Nero hostis à Senatu iudicatus, & ut more majorum puniretur, quesitus fuit, ut in ejus vita Suetonius testatur. c. 40. Sic Comodo Imperatori, pugionem Senatus misit, & de eo acclamations Senatus fuerunt, hosti patriæ honores detrahantur, unco trahatur &c. ut Lampridius refert, & de aliis Imperatoribus idem factum fuit, ut dixi in dissertat. de
 Repub.

CAPVT TERTIVM. 87

Rep. curanda cap. ult. n. 12. Illibatum ergo mane, Imperatores Romanos verè Monarchas, legibusque omnibus civilibus solutos fuisse, ut habetur in l. principes 38. ff. de legib. l. 2. §. novissimè. ff. de O. I. §. sed & quod Principi, Inst. de Iure natur. & c. §. fin. Inst. quibus mod. test. infir. Novel. 102. c. 2. in fin.

Sed utcumque malis artibus tam Cæsar quam Augustus Imperium sibi asservuerint Monarchicum, illudque Tiberius & aliqui Sequaces callidis machinationibus propagarint, hoc tamen non absque DEI O. M. providentia singulari (quæ etiam peccata ad bonum finem quem illa saluberrimè semper propositum habet, deducit) tactum fuit. Democratici namque status graviores erant morbi, quam ut leni emplastro potuerint curari, unde & ferro opus erat, ut tanta Marti vis sedaretur, sanè Imperii huiusmodi navis tot factionum scissuris, tot

C 5

Iure.

es ob-
ormam
anico,
n con-
us Re-
Abba-
Magr a-
d quod
plet.
ajestati
orū ali-
Impe-
ulsi, fu-
uerun,
judica-
nretur,
aeroni
mpera-
, & de
uerunt,
hantur,
dius re-
us idem
rtat. de
Repub.

intestinarum dissensionum procellis
 afflicta erat ut dicente Pomponio in
 l. 2. §. 1. ff. de Origine Iuris. necesse
 fuerit Reip. per unum consuli, ac cer-
 tē populatis status licet pulcherrimo
 quodam libertatis fundamento nita-
 tur, hominum tamen vitia multo mi-
 nus quam Monarchia tolerare potest
 & plebis ac Primarum indomita sci-
 entia nullā convenientiori medicinā
 curari potest, quam dominatione se-
 veriori acriorique disciplinā, eaque
 de re videri potest providentiā poli-
 ticā summē elaborata oratio apud
 Dionem lib. 52. ubi Mecenas Au-
 gusto suadet, ut Monarchiam firmet
 & quibus rationibus id fieri possit,
 deducit.

Pertinet item huc, quod apud Hé-
 rodotum habetur Phrigibus de bel-
 lorum, civiliumque armorum con-
 sulentibus, hocce Oraculum olim
 Iovem dedisse, in magnis motibus
 Rege opus esse. Inde quoque Secreta-
 rius:

CAPVT TERTIVM. 59

rius ille Florentinus censet, nullam
Remp. siue à primis initiis rectè insti-
tui, siue ante jam malè formatum, fe-
liciter emendari posse, nisi hujus rei
potentia, ab uno dependeat solo, di-
cente etenim Liuiio de cate r. l. 9. Re-
ges impedimentis omnibus liberi, ac
Domini rerum temporumque tra-
hant consiliis cuncta, non sequuntur.
Unde apud Tacit. lib. 1. Annal. pru-
dens quidam Politicus, Tiberium
monet, non aliter rationem Imperan-
di constare, nisi uni reddatur.

Et Lycurgus cuiusdam monenti, ut
Populo potentiam tradere velit, eum
primum rem suam familiarem, ita
institui iussit.

Cæterum Politici fere communi-
ter concludere solent, Monarchiam
cæteris rerum publicarum speciebus
præterendam esse, quod & magno Li-
psio placet lib. 2. politic. c. 1. ac ex-
tat de ea re apud Herodot. lib. 3. hi-
stor, inter Persiæ Optimates dispu-

CAPVT TERTIVM. 61

ex Sibylinis Vaticinationibus, Sena-
tui perspectum fuisse Regem Magnū
& immortalem nasciturum, quod e-
quidem ille de mutatione Reip. per-
peram accipit, eaque ratione etiam
Virgilius Eclog. 4. & quidem Cumes
vaticiniis de novo aliquo nascituro
Puerō talia refert, quæ nemini alii,
nisi Saluatori nostro unico applicari
queunt: quemadmodum Antonius
Guibertus Costanus in Apologico,
ipsius quæstionibus Iuris subjuncto,
latius probat.

Cæterum Imperium Romanum
sub Cæsaribus Latinis (id est à Iulio
Cæsare usq; ad Constant. Magnum)
electivum fuit, nunc hic non disputa-
bo, præsterné Regem eligi, annè ve-
rò eum acceptare, quæ suggerit Sors
Nativitaris, quia de ea quæstione jam
antea singularem edidi discursum, qui
præfixus est tractatui meo, de succes-
sione & electione.

Procedente verò tempore, varia

Electiois ratio observata fuit, Imperatores etenim nonnunquam sibi ipsis ascisciebant Successores, vel sanguinis & cognationis prerogativa permoti, vel ob egregias alicujus virtutes, proprio judicio ducti; saepe quoque Senatus Romanus, electionis utebatur jure, ut plurimum vero militari suffragio res illa peragebatur. Qua de re plura videre licet apud D. Gewoldum in tractu elegantissimo de S. Rom. Imperii Septemvratu c. 4.

Constat quidem, quod Jul. Caesar Octavium nominis, fortunarium, Regni que heredem scripserit testamento, ut memorat Dion. lib. 45. histor. Romanae, & sic apud Tacit. lib. 1. histor. Imperator Galba ait, sub Tiberio, & Cajo, & Claudio, unius familiae quasi hereditas fuimus: sicque Adrianus non solum Antonium sibi adoptavit: sed & addidit conditionem, ut ipse sibi Marcum & Verum, Antoninos adoptaret, Spartia, in Vero, &

CAPUT TERTIUM. 65

ro. & Capitolinus in M. Antonino.

Et generaliter adeo Filiorum semper habitatio fuit, ut nonnulli dubitent, haud admodum impertinenter, an Imperium Romanum libero suffragio, non potius sanguinis privilegio fuerit delatum, ut videre est apud Goldastum in tract. de Senioratu. lib. 3. c. 14. Sed tamen probabilis magis opinio mihi visa semper fuit, quod Imperium Romanum, si ad illa tempora, quae Constantinum Magnū antecesserunt, oculos conuertamus, electivum p̄a è fuerit, ut apparet ex iis, quae deduxi in tract. de success. & electione Regia lib. 3. dissert. 3. n. 17. Nam sanè Constantinus Magnus orbem Romanum non solum heredibus testamento reliquit: sed & inter Filios divisit Bodinus lib. 1. c. 4.

Quod autem per adoptionem interdum, aut etiam testamento successio fieri continuata Imperialis, hoc factum fuit, autoritate & consensu

Impe-
di ipsis
anguis
per-
virtu-
quo-
nis u-
ò mi-
batur.
ud D.
no de
c. 4.
Cæsarē
rium,
testa-
b. 45.
cit. lib.
t, sub
unius
: sicq;
m sibi
diuo-
erum,
in Ve-
ro, &



sensu Senatus, Senatus autem ut in omnibus electiuis Regnis fieri assoler, raro respuit boni Principis Filiū, non quidem necessitatis, sed potius gratitudinis jure; Et sic etiam, non satis fuit, Octavium testamento Cæsaris adoptari: sed adoptio illa robur accepit lege curiatâ. Cuiac. lib. 7. observat. c. 7.

Porro futuri Imperatores, Imperialisq; culminis heredes adhuc viventibus Augustis, Cæsares vocati fuerunt, & tempore primorum Imperatorum Imperatores non Cæsares: sed Augusti, illi verò Cæsares dicti fuerunt, quos nunc vocamus Reges Romanos, id est Imperialis dignitatis certi heredes.

Interdum etiam duo simul veri Imperatores erant, Imperiumq; non Monarchicum, sed Diaarchicum fuit, sicque Marcum Antoninum Philosophum, & Verum Antoninum (qui duo pariter Augusti, primi simul
Rem-

CAPVT TERTIVM. 65

Rempub. gubernarunt Romanam)
simili ac pari Majestatis Imperio re-
gnasse, Iul. attestatur Capitolinus in
vita Veri Imp. Et post hos Valentinia-
nus, morem antiquitus institutum
supergressus, non Cæsares sed Augu-
stos, Germanum nuncupavit, & Fi-
lium, eosque socios sibi fecit: ut re-
fert Amnianus Marcellinus, histor.
lib. 27.

Nunc quod attinet ad Imperandi
rationem: Imperatores Romani Rem-
pub. tum per Urbanos, tum per Pro-
vinciales regebant Magistratus, sub
quibus Consulium potestas, tanquam
adhuc redolens pristinam liberta-
tem, paulatim in ordinem redacta,
& ad Præfectum Urbis, Præfectumq;
Prætorio, magnam ex parte translata
fuit.

Provincias regebant Proconsules,
Præsides, aliique Præfecti, qui non so-
lum iuridicando: sed & armorum
exercitio præerant, ut testatur Rosi-
nus

sinus lib. 7. antiquitatum. Redituum
tamen exactio, Procuratoribus Cæ-
sarum incumbebat, & saluberrimo
instituto separata fuit ab officio eo-
rum, qui armis præerant, verebantur
enim Imperatores, ne si conjugerent
armorum potentiam & commodita-
tem pecuniæ, ad rebellionem Guber-
natores incitarentur: Latius de Rep.
Romana lib. 2. c. 1 s.

Quamvis autem Romani sub Im-
perio Cæsarum de pristina multum
reminerint virtute, atq; quorundam
Imperatorum improbitate ac igna-
via Resp. hæcce florentissima in sum-
mum subinde adducta fuerit discris-
men ac præsertim bella civilia ob cõ-
troversam electionem mota sæpe
turbaverint Imperium Romanum,
attamen ab aliis Imperatoribus mo-
res quandoq; restituti hostes, repres-
si, finesque Imperii vel prolati vel fir-
mati fuerunt, adeo ut sub Trajano Im-
peratore optimo in Orienti Arabia

Arme-

CAPVT TERTIVM 67

Armentia & Mesopotamia, in Septentrione Dania Imperio accesserint. Sicque Imperium Romanum tum temporis quoad longitudinem gradus (cujusmodi tercentum & sexaginta circulum orbis absoluunt) nonaginta, quoad latitudinem 45. vel circiter continebat, in super etiam singulari stira agema. e politico Antoninus Imperator Romanæ civitatis jus universis in orbe Romano habitantibus est largitus, nexuq; pariter omnes provincias devictas colligavit, l. in orbe ff. de statu hominum Nov. 78. in prin. nam sanè olim ciues Romani insignia admodum privilegia habebant, h. s. autem multo minora obtinebant qui Italico jure vivebant, & adhuc durioris conditionis provinciales exstiterunt, sed Imperatores, dum omnis Imperii subditos Romani exæquarunt, non alio hoc intuitu fecerunt, quam ut privilegia civium Romanorum nimis magna extinguerent atque obfuscarent.

Præ-

dituura
us Cas
errimo
cio eo
bantur
gerent
odita
Guber
e Rep

b Im
ultum
andam
igna
n sum
discr
ob cō
sæpe
num,
is mo
epres
vel fir
no Im
Arabia
Arme

Prædicti autem Imperii Romani limites ostendunt Imperatores Romanos nec totius mundi dominium neque ejus universalem protectionem & jurisdictionem sibi unquam arrogare potuisse & quod in l. de præcatio ff. ad legē Rhodam de jactu, habetur Imperatorē mundi dominū esse, hoc intelligi debere de orbe Romano, id est, ea parte orbis, quæ Romanis supera, minimo verò de globo terræ naturali, ut apparet etiam ex l. 4. C. de commerciis ex l. ultima C. de ædificiis privatis & multis aliis prope infinitis quibus mentio fit barbarorum populorumque Imperio Romano non subjectorum.

Ac sanè licet Imperium Romanum, cætera omnia, quæ ante ipsum memorantur, terrarum non solūm magnitudine: sed & rerum gestarum gloriā superârit, ut loquitur Dion. Halycarnasseus lib. 1. antiquitar. Romanar. Eo tamen tempore, quo
 Anti-

CAPVT TERTIVM. 69

Traiani ductu florentissimum id fuisse dixi, id ne dimidium quidem orbis cogniti occupavit. Bodinus in Meth. histor. cap. 7. Multa quippe sub pastorum jure ad Orientem remansere, Indiam Romana arma nunquam aspexere, multa libera aut sub Regibus ad Septentrionem ac Meridiem remansere. Lipsius de magnitud. Romana. lib. 1. cap. 3.

Hi autem Orbis Romani fines, partim perpetuis praesidiis seu castris militum partim Colonis Civium Romanorum muniti fuerunt, ex instituto enim Augusti, legiones per Provincias distributae, commodis etiam locis navibus impositae, ora Imperii Romani ita firma effecerunt, ut limitanea loca nullus Hostis perumpere poterit, Rhenus etiam, Danubius classibus & praesidiis, ita fuerunt coerciti, ut secundo flumine Romani sibi invicem succurrere, Ger-

Germani verò usu navigationis destituta erga Romanos nil moliri potuerint.

Hujus rei Tacitus in Anna!, & Sueton. in vita Augusti subidè faciunt mentionem Præsidarii autem illi Milites, quibus Imperium Romanum tunc temporis tutatum fuit, colligente Iusto Lipsio lib. 1. de magnitud. Romana c. 5. ultra 400000. excurrerat: Romani autem arces ferè ab initio neglexerunt, & demum sub Imperatore Diocleriano fortalicia, clausuræ, & arces montibus impositæ fuerunt. l. 1. § 4. C. de offic. præf. præf. Africae. Zosimus. histor. lib. 2.

Interiora autem Reip. Colonia-
rum deductio quæta reddebat, Colo-
niæ autem urbem Romanam tanquam
Matrem referebant, in iis Duumviri
quasi Consules, Decuriones pro Se-
nato erant. Coloniae hæ urbem Ro-
mam superflua plebis multitudinæ

ex.

CAPVT TERTIVM: 78

exonerabant : Veteranis militibus quibus in talibus Coloniais agri & fedes dabantur, præmia subministrabant, hostes cœrcebant, eosque ad Populi Romani mores, leges, & linguam sensim perducebant. Bodinus de Rep. lib. 6. c. 2. Lipsius lib. 1. de magnitud. Romana. c. 6. Hisq; Coloniais non planè absimilis est, apud Turcas, institutio Timariarum, seu præmiorum militarium, quibus Imperium illud Christianis horrendum hætenus, si humana præsidia respiciamus, solùm sustentatum fuit.

CAPUT IV.

DE IMPERIO ORIENTALISEU CONSTANTINOPOLITANO.

Imperij Romani faciem, quam hætenus utcumque adumbravimus
hæud

haud parùm immutavit Constanti-
 nus Magnus, Is enim profligatis & in-
 ordinem redactis Tyranis, Remp.
 foedè lacerantibus, rerum summam
 solus obtinens, urbem Bizantium
 in Thracia sitam, manique adiacen-
 tem suo nomine ornata, veteris
 Romæ quasi Æmulam constituit, &
 ita diuiso inter Filios Imperio, or-
 bis quoque Romanus in duas partes
 diffectus, ac Occidentali vetus Ro-
 ma, nova seu Constantinopolis O-
 rientis præfuit. l. . C. de privileg.
 urbis Constantinop. S. Augustinus
 de Ciuit. DEI. lib. 5. c. 21. Orosius
 lib. 3. c. 13.

Formam autem huius Imperii re-
 ferunt imprimis libri tres Codicis po-
 sterioris, ubi planè alia ratio Reip.
 describitur quàm quæ ab Imperato-
 ribus Latinis, usitata fuit. Estque
 status illius Imperii propterea ali-
 quantum obscurus, quia Sæculum
 illud idoneis Scriptoribus caruit, nec
 ita

CAPUT QUARTUM. 73

ita illustres historias habuit, quemadmodum sub Latinis Imperatoribus exstiterunt.

Portò autem Constantinus Magnus Imperator primus fuit, qui Religionem Christianam Catholicam publicè & impunè prædicari curavit, & tum primùm etiam Pontifices Romani in tuto esse ceperunt: nam hucusque omnes suppliciis atrocissimè à Gentilibus affecti fuerunt.

Isque Constantinus tot Ecclesias ubique ædificavit: tot vasis aureis argenteisque, totque aliis prætiosissimis ornamentis muneribusque decoravit, & amplissimis ubique terrarum eis assignatis redditibus dotavit, ut obstupescere contingat, quicumque libellum illum legeret, quem de munificentiâ Constantini inscriptum, Anastasius Bibliothecarius ex archivis Ecclesiæ Romanæ, in lucem produxit.

Ab hoc Imperatore profecta est

D

famo-

famosa illa donatio Constantiniana, quæ in Jure Canonico distinct. 96. exstat, per quam ille Imperator Sylvestro Pontifici Maximo Romam, & non exigiam Italiæ partem donasse fertur: ea autem quamvis à multis in dubium vocetur, egregiè tamen contra Nicol. Vallam defenditur ab Eugubino Steucho, in tract. hac de re singul. quem quasi in Epit. redegit, Excell. quondam hujus Academiae Antecessor D. Ferd. Waizenegg in Disp. 1. de Jure pub. institutâ. quod autem Baronius Anno Christi 324. n. 21, 23. & seqq. ut & Anno Christi 1191. eandem donationem improbare videtur, hoc minimè intelligendum est de negotio principali: sed de circumstantiis quibusdam, ipsâque formulâ donationis, quam supposititiam esse, Author ille censet.

Translatio autem sedis Imperialis in Byzantium ex eo Constantinopolin

CAPUT QUARTUM. 75

lin vocatam, facta fuit circa Annum
Christi 330. & quidem hac occasio-
ne: Constantino enim in omnibus
perfectum Christianum se exhibente,
cum dies quidam ut Zosimus lib. 2.
scribit, more patrio festus appetiis-
set, quo in Capitolium exercitui a-
scendendum erat, ipse eum ascen-
sum verbis contumeliosis infectans,
Senatus atque Populi Romani o-
dium incurrit, cum profectas ab
illis execrationes insignesque con-
tumelias, Majestati Imperatoriæ in-
dignas haud ferret, nec remedium
huic malo accommodum vide-
ret, urbem quandam Romæ parem
quærebat, in qua Palatium sibi con-
deret, & illud Aulam Imperiique
sedem transportaret: itaque propè
antiquum Ilium sive Troiam, non
longè à Helesponto invento, loco
condendæ urbis idoneo, fundamen-
ta jecit, & etiam muri partem aliquam
in altum egisset, nescio quo ostento

D 2

terri-

tiniana,
nct. 96.
tor Syl-
nam, &
donasse
multis
tamen
ditur ab
hac de re
edegit,
cademiæ
negg in
tâ. quod
isti 324.
o Christi
impro-
è intelli-
incipali:
usdam,
quam
ille cen-
imperialis
antinopo-
lin

territus, eo relicto Byzantium concessit, cujus urbis situm admiratus, eam quam maximè statuit amplificandā, & Imperii sedem constituendam.

Similiter Constantinus Constantinopoli templum Apostolorum aliasque multas Ecclesias ædificavit, civibus etiam, qui Constantinopoli habitare volebant, annonam gratis dedit. Unde urbs illa brevî spatio, in immentum aucta fuit, & computat. Calvisius in sua Chronologia sub Anno Christi 333. quod Constantinus quot annis distribuerit sine pretio ultra vicies quater centena millia modiorum, sive saccorum frumenti boni.

Divisus autem fuit Orbis Romanus non solum in Occidentem & Orientem: sed & septem Orienti, & sex Occidenti tributæ sunt Dioceses, quælibet verò Diocesis plures provincias complectebatur. l. i. C. ut
omnes

CAPUT QUARTUM. 77

omnes Iud. l. 3. in C. Theodos. tit. de equorum collat.

Totius hujus Imperii Romani procuratio summa à Constantino Imperatore, quatuor Præfectis Prætorio commissa fuit, cui Iustinianus quintum addidit, & Africam pulsis Wandalis, novam Præfecti Prætorio sedem auxit. l. 1. C. de offic. Præfecti Prætorio Africae.

Præfectis autem Prætorio alii suberant Magistratus, Præsides aut proconsules, ac quoque Legati dicti, qui nempe particulares Provincias, sed tamen sat magnas administrarunt, harumque provinciarum cuilibet sua erat Metropolis, quæ sola Urbi, nomine splendebat. l. dies. 4. §. si tam. 9. ff. de damno infecto, & reliquarum mater ac caput existebat lib. 1. C. de Metropoli perito, l. 7. C. de off. Procons.

Præterea omnibus hiscè Civitatibus propriae curiæ attributæ, id est

D 3 pro

um con-
iratus,
amplifi-
nstituen-
Constan-
orum a-
ficavit,
atinopoli
m gratis
patio, in
nputat,
ogia sub
onstanti-
sine pre-
ena mil-
frumen-
s Roma-
ntem &
rienti, &
Dioceser,
res pro-
. C. ut
omnes

propria tertioria, cum parvis oppidis, vicis, pagis, atque castellis assignata fuerunt. l. cætera 41. §. sed si quis ff. de Legatis. i. l. 3. §. non per tuæ. 4. ff. de sepulchro violato. l. pupillus. 229. ff. de V. S. l. C. de vinculis.

Et hi, qui Provinciis præerant, justum ferè Exercitum habuerunt, & Generali Ducum vocabulo, etiam ante Constantini Magni Imperium comprehendebantur. Herodianus lib. 3 Histor. ubi Ducis Asiæ mentionem facit, & Trebellius in vita Claudii, nominat aliquem Ducem totius Myrici. Sic & Phobistus in vita Probi Imperat. Taciti Augusti, ad Probum verba recenset, qui ait decreto totius Orientis Ducatus familiarum quatuorplex ferimus, ornamenta militaria geminavimus, quæ prolixius explicat Latius in Comitat. de Repub. Romana, lib. 2. c. 9.

Quin

Quin & Ducum Limitaneorum, mentio passim invenitur, in quorum locum apud Germanos Margravii successisse videntur. Sic mentio fit Ducis Pannoniæ primæ. Ducis Rheticiæ. Ducis Moguntiæ. Ducis litoris Britannici: & hi omnes Limitanei dicti fuerunt, ut ex notitia Imperii constat, & Latius d. cap. 8. pluribus explicat.

Comites porro, quorum semper plures sub Ducum Imperio degebant, vel Præfectis, vel Judicibus similes existebant. Latius d. lib. 2. c. 11.

Amplissimum tamen optimisque institutis atq; legibus ornatum hocce Imperium, tandem internâ discordiâ labefactarum & mox irrudentibus à Septentrionis potissimum plagâ, ferocissimis nationibus fedè disceptum fuit.

Causam non minimam depressæ potentiaæ autumat, fedis Imperialis

translationem, qua utpotè factum, ut occidens quasi ab Imperatoribus desertus in prædam Barbaris relictus videretur

Accessit copiarum militarium diminutio. Lipsius. lib. 1. de magnit. Romana. c. 6, ubi ex agathia refert, Iustiniani etiam ævo, copias Romanorum minimè tantas quantas olim fuisse, nec jam sufficere tutelæ Imperii contra hostes potuisse, cum enim, inquit, ad sexcenta quadraginta, quinque millia militum, universas eas colligere oporteret, vix tunc in 50000. consistebant: Zosimus quoque lib. 2. histor. ejusdem sententiæ est, du n ait, cum Imperium extremis in limitibus, ubique Diocletiani providentia Oppidis, Castellis, atque Burgis munitum esset, omnesque copiae militares in eis domicilium haberent, Barbari hocscè milites per-rumpere non poterant, at hanc Præsidiorum munitionem Constantinus abolens,

abolens, majorem militum partem de limitibus submotam in Oppidis præsidii nullius egentibus collocavit, à Barbaris vexatos præsidio nudavit, tranquillas & quietas urbes, peste militari gravavit: Milites ipsos theatris, & voluptatibus addictos emolivit, deniq; rerum pereuntium principium & semina præbuit.

Verum Zosimus tanquam Ethnicus summo odio Constantinum est persecutus, ejusque relationi non per omnia est fidendum: potius ergo si rem accurratè perpendamus multum huic Imperio nocuit turbulentia & perversitas Hæreticorum, mox enim sub Constantino Magno surrexit Arius, nec diu post Phodinus, quorum ille æternitatem Christi, hic omnem ejus divinitatem negavit.

Et Arius quidem sub filiis Constantini, quamvis antea miserrimè mortuus fuisset, astipulatores tamen

aulicos habuit, ab eoque tempore ut plurimum de religione in aula more peruersissimo tractatum fuit.

Erant quidem sub hoc Imperio Imperatores omni laude digni, qui Barbaris diu restiterunt, & in primis Gravianus, Alemannos apud Argentariam ingenti praelio vicit. Adri lib. 21. Theodosius etiã primus insignes victorias obtinuit precibus impetratas, quibus & alii successerunt.

Sed tamen nimia fuit multitudo Barbarorum, qui in Imperium Romanum sese effudit, ei que non potuit resisti. Namque anno Christi 451. Attila Hunnus, postquam Germaniam, Gallias, & Italiam vastasset, Thraciam & Pannoniam occupavit, & iam ante Gothi, aliæque Barbaricæ nationes iruperant, Gothiq; in Italia & Romæ dominabantur, & in primis Theodoricus Rex Ostrogothorum Romæ sedem fixit.

Justinianus quidem Italiam & Africam

CAPUT TERTIUM. 83

fricam recuperavit, Romamque
& Cartaginem per Belisarium rece-
pit, per Narsetemque Eunuchum
Gothos omni Italia exemit, circa
Annum Christi 530. Sed mox Lon-
gobardi Italiam inuaserunt, ex Schan-
diâ sive Schandinaviâ Sueciæ parte
erumpentes, circa Annum itidem
Christi 630.

Machometes Orientem turbavit,
& Saracenicum Imperium fundavit,
ex Arabia erumpentibus infinitis
populis, unde etiam Arabica lingua
adhuc omnium latissime se extendit;
& ita à Septentrione & meridie im-
perium Romanum turbatum, debi-
litatum, peneq; eversum fuit.

Gallias enim & Germaniam supe-
riorem pariter ut inferiorem, Franci,
Anglo-Saxones Britanniam: Gothi
Hispaniam, Vandali Affricam, Lon-
gobardi Italiam, Hunni Daciam &
Pannoniam obtinuerunt. Saraceni
Orientem, & meridionales partes

ore ut
more
o Im-
i Bar-
s Gra-
genta-
ib. 21.
es vi-
tratas,
titudo
Roma-
uit re-
1. At-
aniam,
raciam
m ante
nes ir-
Romæ
heodo-
omæ se-
& Af-
fricam

occupârunt , ac quoque non semel ipsam Constantinopolim obsiderunt : Interim Constantinopolitani Imperatores extinctâ hæresi Ariana , Ecclesiam denuo mirè turbârunt , dum invocationem Sanctorum negârunt , Sanctorumque imagines è templis ejecerunt , & Iconomachorum hæresin introduxerunt , eamq; ob causam Gregorius Secundus Pont. Max. Leonem Imperatorem anathemate percussit , atque Romanos & reliquos Italos ab ejus obedientia & tributorum solutione recedere penitus fecit , quos tamen antea id spontè facere tentantes coercuerat. Card. Baronius in Annal. sub Anno Christi 730. n. 2.

Hacque occasione in Italia corruit Authoritas Imperatorum Constantinopolitanorum , Pontificibus paulatim declinantibus ad Francos :

Sicque prædictus Gregorius, ubi se frustra laborare vidit, ut Imperatorem

torem à sua hæretica opinione revo-
caret, defenforemque haberet, cum
Francis iniit foedus. Baronius Anno
Christi 726. n. 10. & cum Longo-
bardorum Rex ad Imperi ipsius spem
erectus, urbem Romam obsideret,
Gregorius 3. iterato ad Francos con-
fugit, & unà cum Sacris muneribus
legationem ad Carolum Martellum
destinavit, qui tum Rex seu sub Re-
gulus eorum erat, quem majorem do-
mus vocare solebant.

Isque fuit Caroli Magni Avus.

Et porro Zacharias Pont. Maximus
Childerici Franciæ Regis ignavia
damnata, Pipinum Filium Martelli,
Caroli Magni Patrem Franciæ Proce-
ribus approbantibus Regem appel-
lavit.

Childericus autem sive *Helfrid*,
electus regno quietam in cænobio
regit, sicque cessavit in Franco
linea Merouingorum, & ince-
pit linea Carolinorum. Baronius

semel
erunt:
Impe-
, Ec-
, dum
ârunt,
mplis
hære-
aufam
x. Leo-
e per-
quos I-
ributo-
us fe-
ntè fa-
ard. Ba-
Christi
lia cor-
n Con-
ficibus
ancos:
ius, ubi
impera-
torem

ANNO CHRISTI 751. & seq.

Constantinopolitanum interim Imperium Constantinus non idoneus Imperator obtinebat, & cum propria matre Irena certabat, quæ filio oculos erui curavit.

Hæcque cum Caroli Magni conubium expetebat, à Nicephoro Patricio circa Annum Christi 800. in exilium relegata, ipseque Nicephorus Imperator factus fuit.

CAPUT V.

DE IMPERATORIBUS ROMANIS IN OCCIDENTE EX FRANCORUM STIRPE.

Am modo dictum fuit, Cæsares Romanos in Oriente Imperitantes, quoniam & longius aberant, & non solum externis bellis, ^{conturbati} agitati, verum etiam domesticis & CIVI-

CAPUT QUINTUM. 87

civilibus impediti dissidiis erant, Italia-
 liam ferè neglexissent, aut certè non
 potuissent eam idoneè tueri, præfer-
 tim ibi grassantibus Longobardis,
 qua de causa Pontifices externam
 defensionem circumspiciebant, &
 quia tum temporis nulla illustrior,
 aut potentior familia erat, quàm
 Franciæ Regum, maximè propter re-
 rum gestarum magnitudinem, idcir-
 co ad eandem, velut ad portum ali-
 quem rebus turbulentis confugie-
 bant, eosque tandem ad Imperii se-
 dem euexerunt.

Francorum quidem gentem rectè
 sibi Germania vindicat, quippe oc-
 ciduam Germaniæ, Rhenoque infe-
 ro objectam partem, cujus Incolæ
 peculiari Germanorum nomine in di-
 gitabantur, primo tenebant Ioan. Isaac.
 Pontanus. orig. Franciarum lib. 1. c.
 10. & lib. 7. c. 3. Unde S. Hierony-
 mus in Hilarionis vita ait, inter Saxo-
 nes & Alemannos, gens non tam
 lata,

terim
 loneus
 propria
 oocu-
 ni con-
 ro Pa-
 oo. in
 epho-

RI-
 OC-
 O-

esRo.
 ntes,
 & mis
 icis &
 civi-

lata, quàm Valida, apud Historicos Germania, nunc Francia vocatur, ac Procopius lib. 1. belli Gothici. Franci inquit Germani quondam vocabantur:

¶ Accedit Agathias, qui ab initio continuationis Procopii: Franci inquit olim dicti Germani, quod quidem satis constat, & multis etiam probat Rudolphus de Babenburg. in tract. de Jure Regni. c. 7. ut proinde Imperii sibi gloriã, haud rectè attribuant moderni Galli, & inter illos in primis Bodinus lib. 1: de Repub. c. 9 & methodi histor. c. 7.

Nam sanè ipse Carolus Magnus in Bavaria natus, & in Rheni tractu propè Moguntiam in Palatio Ingelheim dicto educatus fuit: ut pluribus probat Petrus Heigius. lib. 1. quæst. .

Ac etiam contra Gallos pro Germanis, quoque ad eos semper spectarit Imperium, adduci etiam potest. cap. Venerabil. 34. Ext. de Elect. c. ad

CAPUT QUINTUM. 89

c. ad Apostolicæ. 2. de sententia & re-
judic. in 6. & Clement: 1. de Iureju-
rando.

Occurrit hîc quæstio magni mo-
menti de translatione Imperii à Græ-
cis ad Francos, & quid hâc in parte
effecerit Pont. Maximus, aut quoque
de jure efficere potuerit.

Ac alii quidem specioso prætextu,
non alium nisi DEUM Opt. Max. no-
ui hujus Imperii Romano - Germa-
nici, immediatum agnoscunt aucto-
rem per quem quippè Reges regnant
qui etiam transfert & firmat regna:
quemadmodū habetur Proverb. c. 8.
vers. 15. & in lib. sapientiæ. c. 6. vers.
4. Danielis. c. 1. & 2. vers. 21. & sic.
Anno 1338. Ludovico Bavaro Im-
perii sceptrâ tenente, cōmuni Septē-
virorum decreto cantum fuit, Impe-
ratorem nullum Superiorem co-
gnoscere: sed Imperium immediatè
à Deo tenere, ut refert Alber de Ro-
sate in l. benè à Zenone C. de quadri-
ennii præscript. Alii

Alii cum negare non queant Deum semper mediis uti, concedunt coronam Leonis Pontificis servitio, sed principaliter per Senatum, Populumque Romanum impositam fuisse, ut imprimis tradunt Græci, Pontifici Romano semper iniquiores, ut videre est apud Zonaram. tom. 3. annal. in vita Irenes & Constantini, ut & apud Gregor. Zedienum ibid.

Alii volunt cum Nicephoro & Michael. Græcorum Imperatorum Carolum Magnum transegisse, ut Imperium Occidentis habere posset.

Sed sanè Carolus Magnus à Pont. Max. obtinuit primus, ut Patricius Romanorum vocaretur. Baronius in Annal. sub Anno 755. Christoph. Eheiman in der Speyrischen Chronik. lib. 2. c. 40. & testatur Zosimus lib. 2. histor. Patricios supra Præfectos Prætorio sedisse, & dignitatem Patricii, sub Imperatoribus Orientalibus, proximam ab Imperatore fuisse.

Post

CAPVT TERTIUM. 91

Post factus fuit Carolus Advoca-
tus & Defensor Ecclesiæ Catholicæ,
Pontificem enim & Ecclesiam Roma-
nam, non semel liberavit à Lombardorum aliorumq; hostium incursu.

Leo etiam tertius Pontifex depo-
situs fuit à populo & Senatu Roma-
no, multorumque delictorum nomi-
ne diffamatus, innocentiam ejusdem
Imperator Carolus asseruit, unâque
vice, tercentum cives Romanos capi-
tis supplicio affecit, & ita tandem
Imperator à Pontifice Leone in Feris
nativitatis nostri Salvatoris Roma-
norum, nominatus, coronatus, un-
ctusque fuit. Anno Christi 800. ut
videre est apud Zigonium. lib. 4. de
Regno Italiae, & Gewoldum tract. de
Romani Imperii Septemviratu. c. 8.

Ac tribus quoque integris libellis
probat Card. Bellarminus Leonem,
3. Pont. Max. aut solum, aut præci-
puum, & primarium auctorem, hujus
translationis fuisse.

Iure

Deum
coro-
o, sed
olum-
se, ut
fici Ro-
videre
nal. in
apud
& Mi-
m Ca-
Impe-
Pont.
icius
ius in
toph.
ronic.
is lib.
fectos
n Pa-
ntali-
uisse.
Post

Iure autem suo Pontificem Max. hoc fecisse ex eo probat Bellarminus, quia nimirum Pontifex est summus totius Ecclesiæ Pastor, ac ita non modo priuatis hominibus sed & Regibus ac Principibus Christianis præest, indeque si causa Christi & Ecclesiæ id exigat, possit eos Regnis & Imperii exuere, eaq; Regna & Imperia, ab aliis ad alios transferre.

Hanc autem Imperii dignitatem posteri Caroli Magni Imperatoris successorio Iure obtinuerunt non per Electionem: Anastasius enim Bibliothecarius in Hadriano secundo, Francorum moris esse ait, Dominum & Regem suum, secundum genus imperare, Carolus Sigonius lib. 5. de Regno Italico Gewoldus de Septemuir. c. 4. ad fin.

Ea verò hæreditaria successio per legem Salicam, expressè ad Masculos restricta fuit: Ejus enim legis hæc-

CAPUT QUINTUM. 93

hæcè verba referuntur, de terra salica in mulierem, nulla portio hæreditatis transit: sed eam virilis sexus acquirit.

Et perperam contra præclarissimorum Galliaë Iure-Cosultorum mentem de Regni successione, haud esse intelligenda illa verba Salicæ legis, contendit Franc. Hotomannus in Franco-Gallia c. 10.

Sed tamen etiam in Successione Filiorum, Franciaë Regum stirpisque Carolinaë species quædam Electionis usitata fuit, populus enim & status Imperii filium Regis mortui in concionem siue statuum conventum, producebant, ibique successionem approbabant, quo & aliud ipsum Caroli Magni testamentum, in quo Card. Baronio teste sub Anno 806. in Annal. hæc clausula extabat, quòd si filius, cuilibet horum Filiorum meorum natus fuerit, quem Populus eligere velit, ut patri suo in regni hæreditate

ditate

Max.
minus,
immus
n mo-
Regi-
s præ-
Eccle-
& Im-
eria,
atem
oris
on per
iblio-
Fran-
m &
s im-
5. de
otem-
io per
ascu-
legis
hæc-

ditate succedat, volumus, ut consentiant Patruī ipsius : id quod etiam ex Eginhard, in vita Caroli Magni, Reginonæ lib. 2. chronicorum sub Anno 806. & hunc Maro Epistola prima ad Ludovicum Balbum evincitur, eâque de re pluribus agit Lecman in chronic. Spirensi. lib. 2. c. 2.

Porro ipsum Ius Imperii, ejusque administratio planè Regia, ac ferè Dominica Familiæ Carolinæ fuit, & quidem non solum ratione Franco-Galliæ : sed & Italiæ ac Germaniæ, ut probat Bawrmeister lib. 1. de Jurisdict. c. 5.

Francia autem maximè Ducum & Comitum operâ Imperium gubernavit, qui tamen tam magnam potestatem, quam nunc in Ducibus & Comitibus experimur, non habebant, nec eandem, nisi accedente Imperatorū benignitate ad posteros transmittabant, ut apparet ex tit. 1. §. 1. lib. 1. feudorum, & docet Vagianus lib.

1. de

I. de Collegis Monasteriorum in
 Germania veteri & Arnoldus Engel-
 brecht in disquisit. de Jurisdic. Impe-
 rii Romani. conclus. 61.

Omnes item Homagium, seu Iura-
 mentum subjectionis Imperatori præ-
 stiterunt, sic enim Annales Fulden-
 ses sub Anno 888. habent. Rex
 Arnolphus in urbe Ratisbonâ, re-
 ceptis primoribus Boiariorum Na-
 talem Domini in Pascha ibidem ho-
 norificè celebravit, ac Anno subse-
 quenti Rex apud Villam, quæ dicitur
 Forachen/hodie Forcheim/generalem
 conventum habuit, ibique disputans
 de statu Regni consultum est, ut eo-
 dem tenore primores Francorum,
 prout Bojarii juramento confirma-
 rent, ne se detraherent à principatu,
 & dominatu Filiorum ejus, qui ei de
 concubinis erant nati, quod quidam
 Francorû ad tempus renuentes, tan-
 dem Regiæ satisfaciens voluntati
 dextrâ dare non recusabât, eo tamen
 modo,

modo, si de legali sua uxore heres ei non produceretur, ac porro illi Duces & Comites, qui sub potestate Francorum singulas Provincias administrarunt, Principium nutu amobiles erant. Trithemius de orig. Francorum. Anno 542. ac notat quoque Latus, lib. 2. comment. de Repub. Romana. c. 9. quod Ducibus, qui Augustorum nomine, provincias gubernarunt, certo annorum, stipendiorumque numero elapso, munus fuerit arrogatum, iisque Exduces nominabantur.

Magni etiam momenti negotia soli Imperatores dijudicabant, ita enim habetur in Capitularibus Caroli Magni. lib. 5. c. 254. Episcopi, Abbates, Comites, ac Potentiores quique, si causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram jubeantur venire presentiam, neque ullus Comes palatii Hoffrichter nostri, potentiores causas sine nostrâ
 jus.

jussione judicet: Sed tantùm ad pau-
perum & minus potentium justitias
faciendas, sibi sciat esse vacandum.

Obiter autem hîc notari debet, il-
lo tempore jus Iustinianicum minimè
usurpatum imò ne quidem notum
fuisse: sed illa Capitula Caroli Ma-
gni, Ludovici Pii, aliorumque Im-
peratorum, legum universalium lo-
cum supplebant.

Extendebatur autem Imperium
Francico Germanicum, per Ita'iam,
Galliam, & Germaniam, hæcque Re-
gna etiam inter fratres divisa faère:
Sed plerumque is Imperatoris titu-
lum obtinebat, cui Italia obtigerat,
nec tamen jurisdictionem aliquam
in cæteros exercebat, pro ut patescit
ex iis, quæ tradit Leheman in der
Syeyrischen Chronik. lib. 2. c. 46.

Et quidem hanc eandem ob cau-
sam propter divisionem nempe inter
fratres, & quod neuter alteri obe-
diebat, haud potuit Imperium hoc cè

E

diu

diu durare: sed exinde perpetua ciuilia bella inter fratres & cognatos, quin & inter patres & filios exorta fuerunt. Sic enim Ludouico pio, Caroli Magni filio, rebellis fuit Bernhardus nepos ex fratre Pipino, quem postea Ludouicus excæcavit, ipsi quoque Ludouico proprii filii bellum mouerunt, ipseque Ludouicus ab Imperio depositus, postea tamen iterum restitutus fuit. Ludouico Lotharius successit, cui quoque bella crudelia cum fratribus fuerunt; hoc etiam sub Imperatore Lothario magnis cladibus orbis Christianus affectus fuit, Saraceni enim in Italiam irrupentes, ipsas Apostolorum SS. Petri & Pauli suburbanas Basilicas spoliârunt, ab his Latium omne depopulatum, peruastrata Campania, & Talentum direptum fuit. Baronius anno Christi 843. n. 4. & anno Christi 846. Post aliquot annos maximâ itidem perturbatione Regnum Francicum

cicum exagratum fuit, cum videlicet Dani, vulgò Nortmanni dicti, id est Septentrionales, Ethnici adhuc Gallias, auspiciis Horich-ipsorum Regis, cum valido nauium apparatu inuadentes, omnia tam profana quàm Sacra, cæde, rapinà, & incendio miscuère.

Sub Carolo tertio scissio Imperij malaque plurima, ex Tyrannorum plurium, simul exurgentium factionibus orta sunt, & singulæ provinciæ, singulos ferè Reges nixæ fuerunt. Lehman lib. 3. c. 48. Namque in Italia Berengarius Dux Foro-Iulienfis in Regem est electus, & Guido Lamberdi Ducis Spoleti filius, Imperatoris nomen assumpsit, in Galliis Comes Parisiensis Otho pariter Regnum usurpauit. Radolphus Conradi filius Burgundiæ Regnum sibi asserbat. Baronius anno Christi 888. n. 2. Hungari itidem ex Schitia pulsi in Pannoniam irruerunt, successuq;

temporis, Germaniæ & aliis Provin-
ciis pluribus insignes clades intule-
runt; tandemque anno Christi 911.
in Ludovico Arnolphi filio, desit
stirps Carolina, tuncque ad Saxones
& Francos Orientalis axioma Impe-
rii pervenit.

CAPUT VI.

DE IMPERIO GER-
MANICO-ROMA-
NICO.

Deficiente Carolinâ stirpe, Impe-
rii summa à Franconibus Occi-
dentalibus ad alias Germaniæ gen-
tes, & primùm quidem ad Conradū
primum, Franciæ Orientalis, postea
ad Henricum cognomine Acupem,
& ad ejus filium Ottonem Magnum,
illiusque posteros, demùm etiam ad
alias familias Suevicam puta, Bohe-
micam, Austriacamque pervenit,
Cuspi-



CAPVT TERTIVM 101

Cosmoianus in vitâ Ottonis. *Baurmeister* de Iurisdic. lib. 1. c. 46. dicitur autem accerrimè. An hæc translatio auctore Pontifice fuerit tacta: eâque de re contraria scripta extant. Fiaccii Illirici, hæretici perniciosissimi, & eminentissimi Card. Bellarmini in lib. de translat. Imperii Romani inscripto.

Verùm (ut postea apparebit) primi Reges Germanici usque ad Ottonem primum suè Magnum, non videntur authoritate Imperatoris regnasse: sed intra Imperatores recensentur, donec tandem beneficio Pontificis Otto Magnus Saxonie Dux titulum Imperatoris acquisiuit.

Sub hiscè autem Imperatoribus mutata tandem fuit gubernandi ratio, ordinibusque Imperii major libertatis & eminentiæ lux affulsit. *Baurmeister* de Iurisdic. lib. 1. c. 5. n. 46. Ducibus enim ac Comitibus, qui antea ferè omnes, vice sacrâ &

E 3

ut

ovin-
ntule-
si 911.
desit
axones
Impe-

ER-
A-

e, Impe-
us Occi-
nia gen-
Conradū
s, postea
Acupem,
Magnum,
etiam ad
a, Bohe-
peruenit,
Cuspi-

ut Officiales Ius dicebant, Regalia ac jura Superioritatis quædam communicata: Hincque Territorialia Iura, die Lands, Fürstliche Obrigkeit introducta fuere Principesque Imperij tam Ecclesiastici, quam politici Autocraticum Imperium, & quidem Iure hereditario obtinuerunt. Christ. Seheman in der Spenrischen Cronick. lib. 4. c. 1. quamvis in ciuitat. Imperialibus partim Episcopi, partim Comites viri, diu nomine Imperatoris, jurisdictionem exercerent. Seheman d. lib. 4. c. 3.

Saxones quidem & Francones extinctâ Carolinâ stirpe, Regem Germaniæ salutarunt Ottonem Principem Saxonum & Thuringorum, Ottonis Magni avum, sed is ætate iam grauis, tantum onus recusauit, authorque Principibus fuit, ut eligerent Conradum Franconiæ Ducem, idque factum est circa annum Christi 912. Sehemann lib. 2. c. vlt. & lib

CAPUT QUINTUM. 103

& lib. 3. c. 51. Et Conrado quidem bellum fuit cum Henrico Saxoniae Duce, praedicti Ottonis, qui Imperium recusavit filio, nihilominus tamen ille idem Rex Conradus cum ultra annos septem imperasset, morbo correptus, Imperii dignitatem, non fratri Eberhardo tribui voluit: sed consuluit, ut adversarius suus Henricus eligeretur, quemadmodum refert Librandus. lib. 2. hist. c. 7. Fratrem hortatus est, ut eidem lubens secederet dignitatem, eo quod illi ferendae magis aptus esset.

Porro Conradus & Henricus haud à Pontifice Maximo fuerunt consecrati & approbati, Henricus quidem oblatam à Papâ consecrandi ceremoniam neglegisse fertur, quod bonorum virorum iudiciis atque suffragiis contentum se diceret, ut refert Viterbiensis, & Crantius lib. 3. Saxoniae c. 4.

Post Otto: 1. Henrici filius à Patre

E 4

Im-

Imperii Collega designatus, ac propter gestarum amplitudinem, & præstantem virtutem, magnus cognominatus, anno Christi 936. solus imperare cœpit, demùm multis peractis bellis in Italiam vocatus, ut eam sedemq; Pontificiam à Berengarii Tyrannide liberaret, in comitiis Wormatis habitis, filium Ottonem Regem creavit, hisq; peractis nullo Italia nobiscè adiit, & Romæ perhonorificè exceptus acclamatione Cleri, populiq; Romani, Ioan. Pont. Max. ejus nomine 11. confirmatus, unctusque est Imperator anno Christi 962. ut memorat. Reginald. ab eodemque restituta sunt Ecclesiæ Romanæ, omnia illa bona, quæ Pipinus & Carolus Magnus olim eidem contulerunt, idque constare ex Diplomate, quod adhuc hodie Romæ asservatur, aureis litteris exarato, testatur Baronius testis ocularis, sub anno Christi 962.

De

CAPVT TERTIVM: 150

De statu autem illius temporis, & quo iure Imperium Romanum ad Germanos pervenerit, Franc. Guillimannus, Auspurgiacorum lib. 3. fol. 102. & seq. ita scribit. Anno Christi 910. Ludovicus Rex assumptus est, & in eo Caroli Magni stirps cessavit, tum verò magna per Galliam, Italiam, Germaniam de Imperii titulo orta contentio.

Qui in Francia regnabant, Caroli Magni ex progenie se ortos dicebant, eoque nomine Imperium sibi vindicabant, Ita ut Imperium à se ortum reperebant. Germaniæ postremò Principes Ius Imperii & quòdem hoc pretextu vindicabant sibi contra omnes, eo quod Imperium ob Oriente in Francos per Carolum Magnum, & ita in Germaniam fuerit translatum, stirpeque ejus mascula extincta Ius apud gentem Germanicam remansisse.

Sanè illo tempore Imperii Majestatem

ic pro-
& præ-
ogno-
us im-
eractis
am se-
rii Ty-
W or-
m Re-
lo Ita-
hono-
ri, po-
Max.
, un-
Christi
ab ec-
æ Ro-
ipinus
n con-
loma-
serua-
citatur
anno
De

statem & decus nemo auferre potuit, neque apud Pontificem Romanum, tam potens auctoritas fuit, ut Imperatorem asserere, vel eligere posset, & Galli quidem Ludouicum Possonis filium, prouinciæ Regem, Itali Berengarium Eherhardi filium, Germani verâ re inter plures eximios Principes dubia & æmula, Regnum ut jam modo dictum ad Ottonem Saxoniae Ducem primò detulêre, qui cum senectam & valetudinem, ne id reciperet, præendisset, quem admodum etiam paucis postea mensibus defunctus est, ejusdem consilio Conradum, Hassiæ & Weterouiae, aut ut alij dicunt Franconiae Ducem, Conradi ab Adalberdo Badenbergensi haud multis annis antè prælio interfecti, filium, Germaniæ Regem salutauerunt, tandemque Otto Magnus à Pontifice Max. Imperator nominatus fuit.

Consistit autem noua Imperij huius

ius

Jus Romano-Germanici adumbratio
in cognitione summo capitis atque
membrorum, ut & utrorumque juri-
um, ut etiam refert Thuanus histor.
lib. 2. à princip.

Sed quia successu temporis multa
in hoc Imperio immutata fuerunt,
& alia olim gubernandi ratio erat
quàm nunc existit, operæ pretium
visum fuit, paucis quasi passibus ex-
spatiari, & antiquitatibus Germani-
cis eruere, quæ olim in Imperio Ro-
mano-Germanico in usu, nunc verò
immutata inueniuntur. Tum de-
mum enim facilius, ut puto, intelli-
gentur, quæ de hodierno Statu DEO
dante, dicam.

In primis ergò sciendum est quòd
illo tempore jura Justiniana inco-
gnita planè, & nullo modo in usu
erant, quod etiam probat Lehmann
in Chronico Spirensi. lib. 5. c. 4. ac
quælibet prouinciæ singularia jura
habuerunt à se inuicem separata, &

po-
oma-
t, ut
e pos-
a Pos-
Itali
Ger-
imios
gnum
onem
ulère,
inem,
quem-
men-
confi-
etero
ia Du-
Baden-
tè præ-
ia Re-
e Otto
perator
erij hu-
jus

quidem Saxones utebantur eo Iure, quod adhuc multis in locis frequenteratur, & in Speculo Saxonico continetur. Suntque Saxones ferè soli, qui antiquum suum jus retinuerunt; Suevi habebant pariter speculũ Suevicum, quod continebat Suevica iura, idque quamuis hodie impressum inveniatur, paucis tamen est notum, nec ullibi in usu esse solet.

Bauari habebant etiam certas suas leges, quæ in Codice legum antiquarum à Lindenbrogio edito, continentur. In Italia usurpabant aliquod jus antiquum & Barbarum, quod Lombardam vocabant, cujus Bartolus aliique Italici DD. sæpius faciunt mentionem. Jusque Justinianicum demùm sub Imperatore Lothario Saxone fuit introductum, auctore quodam viro magno Irnerio dicto, qui ex Novell. Iustiniani, sententias quasdam Iuris veteris correctorias collegit, & titulis Codicis, quamlibet

CAPVT TERTIVM. 109

libet debito suo loco inseruit, quas nunc sub nomine Authenticarum allegamus.

Porro venerandi quidem Imperii caput semper fuit Imperator, quamdiu autoritas Romani Imperii in Germania fuit. Aurea Bulla. l. 2. Thunnus histor lib. 2. à princ, Isque jugiter universi Christiani orbis Principes Augustâ præminentiam longè superavit; Theodorus Reineking; tractat. de regim. sæcul. & Ecclesiast; clas. 2, c. 2.

Verum amplissimæ hujus Majestatis splendor, qui olim sub Ottonibus successorius erat, ex communissima sententia DD. ab Ottone 3. liberis carente electivus factus, ab eoque consensu Pontificis Electores constitutos fuisse tradunt Gewoldus Scardius, & alii in tract. de Elector.

Sed id tamen in controversiam à multis vocatur, ut apparet ex Lehmann lic, s, c. 27. Ac quoque ex ii,

E 7

quæ

Iure,
quen-
con-
è soll,
erunt;
Sue-
ica ju-
ressum
otum,
as suas
n anti-
con-
at ali-
parum,
cujus
sæpius
e Justi-
eratore
atum,
rnerio
i, sen-
recto-
quam-
libet

quæ hæc de re à me tradita fuerunt
in tract. de success. & electione Regia
lib. 2.

Hoc quidem certum est, quòd hodiè Imperium Romanum, non ex majorum throno procedat, nec sanguinis privilegio: sed liberrimo eligentium iudicio conferatur, ut scilicet Imperator Imperio se magis obligatum agnoscat, nec regni ordines, aut quidquid infra suam fortunam est, contemnat. Heigius lib. 1. quæst. illust. quæst. 3. n. 73.

Constat etiam hoc, ne ob eligentium multitudinem, variosque animorum motus perniciosè oriantur, turbæ, electionis hodierno tempore ius septem Principibus obsolutè fuisse commissum. Æneas Sylvius in descript. Germaniæ c. 49. Heigius quæstion. illustr. lib. 1. c. 3. In horumque constitutione, numerum Septenarium, utpotè Sanctum, aliisque perfectiorem, prælatum fuisse, con-
jicit

CAPVT QVINTVM. III

jicit Anton. Colerus de jure Imperij Romano Germanici n. 44. Alij hâc in parte Persas fuisse imitatos aiunt Germanos, apud Persas enim 7 fuere Magi, Regis Consiliarij primarij, & qui etiam Regem in defectu successionis eligere solebant. Hisque non ut singulis, sed tanquam collegio competit jus eligendi & nominandi Imperatorem Pet. de Andlo tract. de Imperio Romano c. 3, ad fin. Card. Tuscus lit. C. conclus. 453.

Ex omnibus ordinibus Imperij, ejusque Officialibus, præcipui quatuor, dignitate & autoritate præcellabant, etiam Ottonis tertij ævo, Marschalcus nempe Camerarius, Dapifer, & Bohemiæ Rex. Et adhuc Pincerna. Schrader in tract. de Elector, c. 1. Gewoldus de Septemviratu c. 10. Horum ergo ministeriis Electuræ dignitas annexa fuit. Windecius de Elector. c. 14. His postea accesserunt honoratiores Ecclesiastici,

unt
Regia
d ho
on ex
c san
o eli
scili
obli
ines
nam
quæst.
ligen
ne ani
antur
mpore
tè fuis
lvius in
eigijs
horum
a Septe
iisque
e, con
jicit

stici, Archiantistites, Archicancellarii Imperiales, quorum sanè munus, Caroli Magni Imperio, proximam à Cæsareo fastigio dignitatem jam tunc fuisse, existimat Windec. d. lib. c. 11. & 12. Archiepiscopus nempe Moguntinus, qui per Germaniam, Treuirensis, qui per Galliam & Regnum Arelatense, Coloniensis, qui per Italiam Archicancellarius existimatur; habebant verò Imperatores tres cancellarias, & ita etiam tres Cancellarios primarios, cum autem hodie Germanici Imperatores non adeò magnam potestatem in Italia, & nullam in Gallia, Regnoque Arelatensi obtineant, Treuirensis & Coloniensis, nomine magis quàm re ipsa, tale munus obtinent, & jam solus Moguntinus Imperii Cancellarius est, qui in aulâ Cæsarea Vicecancellarium habet.

Olim quidem Bohemix Rex reliquis demùm in Imperatore eligendo
dissen-

CAPVT QVINTVM. 119

dissentientibus, auctoritatem suam, uti arbitrum accomodasse, atq; æquâ lance paria vota expendisse, jam Frederici Secundi tempore, scripsit Augustinus de Ancona, & Wernerus Rolewinck in fasciculo temporum, ætate 6. quibus quoque consentit Albertus Stadenſis in historia Germanica: sed verò eidem Ius eligendi plenissimum, uti cæteris Electoribus jam comperere, euincitur ex aurea Bulla & latè demonstrat Gewoldus de Electoratu cap. 9.

Comes Palatinus qui Bavariz & tractus Rheni erat, Dapiferatus dignitatem obtinebat, hi inquam, Palatini hanc à Francorum instituto, originationem ducere, conjicit Windec. de Elector. c. 16. penes Francos enim majores domus Regiæ, & Palatii Principes maxime auctoritatis erant, ut verò utraque Regio, Bavariz, & Rheni Palatinatus olim eosdè dominos habuisse constat. Constat & hoc

& hoc Bauariæ Duces , antequam
 Rheni Palatinatus ad ipsos perueni-
 ret , Electorale Ius habui e illamque
 dignitatem Palatinatui Wirtenspa-
 censi & Scheirensi adhæsisse , ideo-
 que dici nequit , votum Electorale
 tractui Rhenano infixum esse: Nam
 olim Palatinatus Rhenanus ad varios
 Dominos pertinebat , maiorem par-
 tem Sueviæ Duces obtinebant, ipsa
 Heidelbergæ spectabat ad Wormatiæ
 Episcopatū , illeq; tractus Rhenanus,
 ex variis paruis Dominiis , simul uni-
 tis , unus Principatus factus, sed nun-
 quam territorium conclusum fuit:
 Injuria ergò notoria serenissimæ Ba-
 varicæ Familiæ illata est à Carolo 4.
 quod is in aureâ Bullâ non Bauaris
 sed Rheni Palatinis Electoratum
 transcripsit ; factum enim id ex mera
 inuidia , quia Ludouicus quartus Im-
 perator , à quo Serenissimi Bauariæ
 Duces descendunt , Caroli Quarti
 Antagonista fuit,

E G O D

CAPVT QVINTVM. 115

Econtra verò Ludouici Quarti frater, cui per diuisionem Palatinatus Rheni obuenit, contra proprium fratrem, Carolum Quartum fovebat, in præmium ergo præstiti auxiliij ipsius posteritati tradidit Electoratus jus, contra quod factum tamen multiplicibus interpositis protestationibus jus sibi suum semper reseruauit Bauarica Domus.

Sed hac de re extant contraria scripta Freheri & Gewoldi; ac nuper etiam Bauaricum jus ad oculum demonstrauit D. Burgundius tract. singulari.

Saxoniae Dux Imperij Marschallus & Elector & olim quoque Comes Palatinus fuit; Saxonice autem Ducibus controuersiam mouent Duces Lauenburgenles, Saxoniae, Angriae, & Westphaliae Principes, qui vulgò die Herzogen von Sachsen vocitantur. Nam sane Lauenburgici illi Principes, ex feminâ Wicckindi anti-

uam
rueni-
mque
aspa-
ideo-
rale
Nam
varios
n par-
ipsa
matia
nanus,
ul uni-
d nun-
fuit.
na Ba-
rolo 4.
uaris
atum
x mera
tus Im-
auariae
Quarti
EGOD

antiquissimâ descendentes, à qua etiam Principes Anhaltini descendebant; Hilcè Lauenburgicis Principibus præteritis, Misniæ Marchiones (à quibus hodierni Electores Saxonici descendunt) ad Electuram promoait Sigismundus Imperator. An autem hoc justè fuerit factum, tradit And. Knichen, de Saxonico non prouocandi priuilegio. c. 2. & ex hac de re tractatus singularis in tomo 1. commentariorum Hortleder: von dem Schmalkaldischen Krieg.

Tandem inter Electores refertur Marchio Brandenburgensis Imperii Camerarius, familia autem illa Marchionum à Comitibus von Zollern descendit, quorum unus à Rudolpho Imperatore r. ejus nominis, Burggrauatum Noribergensem obtinuit, cujus posterii Electoratum Brandenburgicum ad Imperatorem Sigismundum deuolutû, exigua pecuniæ summa redemit. idest 300000. florenis.

Sed

CAPVT QVINTVM. 117

Sed ut adhuc amplius aliquid de
 statu Imperii, ejusque accidentibus,
 postquam ad Germanos transit, di-
 cam, illud mirè turbatum, debilita-
 tumque fuit, per controuersias, quas
 Romani Pontifices, cum Imperato-
 ribus Romano-Germanicis habue-
 runt, in primis autem Henricus Ter-
 tius Imperator, Electionem summo-
 rum Pontificum aliorumque Episco-
 porum sibi arrogauit circa annum
 Christi 1050. eaque ratione filio &
 nepoti, ejusdem nominis pejora et-
 iam attentandi ansam dedit. Exinde
 etiam nata est hæresis, ab istis Hen-
 ricis Henriciana vocitata. Petrejus
 in catalogo hæret. fol. 84. Baronius
 in annal. sub anno Christi 1056. n.
 1. quæ cum nostri temporis politicis
 hæreticis in eo conueniebat, dum
 asserunt Principibus non tempora-
 lia tantum: sed & spiritualia esse sub-
 jecta; & turbauit ea res Italiam atque
 Germaniam, & æque miserabiliter

con-

Sed

conculsit, atque nostro sæculo ab hæreticis plurimis in locis adhuc fieri solet, huiusque hæresin Gregorius VII. Pont. Max. antea Hildebrandus dictus, inprimis sese opposuit studio indefesso.

Sane de Henrico Quarto, missa legatione ad Apostolicam Sedem, Saxonum Principes sunt conquesti, qualiter prædictus Henricus diuinæ legis contemptor Ecclesiis DEI, in statuendis Episcopis, omnem canonicæ electionis adimeret libertatem, ponens per violentiam Episcopos, quos voluisset, & quod insuper (more Nicolaitarum) de uxore sua publicum fecisset prostibulum, subjiciens eam per vim aliorum libidini, quodque alia auditu difficilia hætenus perpetrasset, quemadmodum Helmodus illius sæculi fide dignus scriptor refert, cumque eadem res jam pridem ab aliis quoque ad Papam delata fuisset, is itaque per Legatos
Impe-

CAPŪT QUINTŪM. 119

Imperatorem citat, ut infra diem certum Romæ præsens causam dicat.

Imperator autem Wormatiæ Episcoporum & Abbatum aliquorum conuentum egit, ibique decretum fuit, quia malis artibus ad Pontificatum ille Hildebrandus peruenisset, eum loco esse remouendum, simulque per Legatos hoc enuntiant Romam, sed Pontifex nihil eo commotus Imperatorem excommunicavit, ut & Episcopos illos, quorum consilii putabat Imperatorē ad eiusmodi res impelli. Baronius anno Christi 1076.

Henricus autem tandem à Paschali Pontifice Max. à sede depositus, & ejusdem filius Henricus V. substitutus fuit anno 1106. Pater ergo ex Rege opulentissimo ac potentissimo victoriosissimo item, & qui 56. vicibus aperto Marte pugnavit, miserabile mortalibus relinquens exemplum egens adeo factus est, ut etiam
victu

victu necessario egeret, ut Helmoldus lib. .c. 33.

Sed Henrici filius Pontifica auctoritate Imperium adeptus mox vestigia paterna sequens, itidem Pontifices est persecutus, quod & fecit Frider. Barbarossa, ejus nominis Imperator Primus, Baro quidem de **Hohen Stauffen**: sed hujus avus filiae Henrici Quarti maritus, Sueviae Dux factus fuit, circa annum Christi 1157. atque adhuc magis ejusdem nepos Fridericus Secundus Imperator Siciliae & Neapoleos Rex. Sed hunc eventum habuit omnium illorum conatus, ut cuncti ij, qui Ecclesiae Romanae sese opposuerunt, miserimè perierint.

De Henrico Quarto enim jam modo dictum, filius non diu Imperatoria dignitate gaudens, absque liberis decessit, sicque illorum Henricorum stirps & nomen evanuit. **Fridericus I.** in **Aqua** aquis suffocatus

CAPUT QUARTUM. 121

tus. Fridericus II. veneno, quod ipsi
præbuit filius naturalis interemptus,
ultimusque ex illa Sueuica familia,
Conradinus dictus, Neapoleos & Si-
ciliæ Regnum, à Carolo Andeganen-
si, Ludouici, sancti Galliæ Regis fra-
tre vindicare volens, prælio victus,
captus, & Neapoli decapitatus fuit,
sicq; Sueuorum Ducum stirps illustris
cessauit, Ducatusque ad varios Prin-
cipes peruenit.

Post Fridericum II. aliquot quî-
dem Cæsares, sed non legitimè, ele-
cti, & per 28. Annos Interregnum,
aut potius Anarchia in Imperio Ger-
manico fuit, quod quantum nocue-
rit, vix dici potest, de illoque tem-
pore ita scribit Trithemius in Chro-
nico Hirsauensi. His temporibus
cùm non esset Rex in terris, qui mo-
tus Prædonum reprimeret; omnia
per tumultum sine lege, sine ordine
pro libitu fiebant. De eadem re Mu-
tius rerum Germanicarum lib. 21.

F.

his.

helmol-
fica au-
nox ve-
m Pon-
& fecit
nis Im-
d. Ho-
vus filia
via Dux
Christi
jusedem
perator
ed hunc
illorum
Ecclesie
, miser-
nim jam
Impera-
osque li-
m Hen-
euauit.
suffoca-
tus

his temporibus arma ubique, leges ferè nusquam dominabantur, quisque occupavit, quantum potuit per vim, ex usuque fuit Principibus nullum Imperatorem habere.

Hac itidem occasione & cum varii Imperatores Imperium ambirent, Imperatoris potestas per capitulationes restringi coepit: qua de re ita notanter scribit Nicol. Cusa Cardin. in tract. de concordia Catholica lib. 3. c. 30.

Est & alia insuper destructio Imperii, quoniam Imperator, sæpè per pacta Electorum sua quærentium Regimen intrat, & occupata contra Jus Imperialia Jura, vigore Jurisjurandi repetere deberet, Telonia etiam Statibus antea concessa, Rempublicam tamen grauantia abrogare ac alias utiles ordinationes facere, & per Antecessores inconsultè, in præjudicium Imperii donata, vel oppignorata, revocare deberet, principibus etiam in-

CAPUT QUINTUM. 123

incumberet, hac in parte Imperatori
assistere, illi vicissim eum ligant, ne
ipsis donata vel obligata, per con-
sanguineos aut Parentes, qui Impe-
rio præsuerant, auferantur.

In eadem sententia versatur Jul.
Pflugius Episcopus Naunburgensis
vir prudentiæ & virtutis magnæ: &
ob hæc & alia animi ornamenta Im-
peratori Carolo V. perquam cha-
rus, in libello de Repub. Germaniæ,
lectus planè dignissima & maxima
Imperii arcana referante, inibi ergò
ita scribit inter alia: Cùm diu & per
aliquot sæcula florisset Imperium
Germaniæ nostræ, ita tulit tandem
casus rebus nostris infestus, ut post
mortem Friderici I I. Imperatoris,
iidem duo de viginti annos Impera-
tore careret, interea cùm majores
nostri, non haberent, cui obedi-
entiam præstarent uni, optimam illam
sux quondam Reipub. formam pro-
pè amisissè evidentur, quam & sic po-
stea

ges fe-
uisque
er vim,
um Im-
m varii
irent,
pitula-
re ita
Cardin.
ica lib.
oImpe-
per pa-
n Regi-
ntra Jus
jurandi
am Sta-
ublicam
alias u-
per An-
udicium
rata, re-
etiam
in-

Ita per Rudolphum Habsburguina
 Respublica recuperarint, non ita ta-
 men, ut ante Interregnum, florait,
 nam quo tempore Magistratus Prin-
 cipesque Nationis nostræ præsidio
 Principis sui nudati erant, nec habe-
 bant à quo defenderentur, opes ipsi
 suas, quibuscumque rebus possent,
 firmarunt, & multa eorum, quæ an-
 tea Imperatorum fuerant propria, ad
 se transtulerunt, ut cum quisque in
 ciuitate atque ditione sua & regenda
 & tuenda munus Imperatoris obi-
 set, ipse ejus nervis atque viribus ni-
 teretur.

Nunc autem ut ad alias etiã
 uatationes Imperii Romano - Ger-
 manici accedam, & hoc porro est
 notandum, quod quamvis olim Ca-
 rolus Magnus maximè excoluerit
 Germanicam linguam, quæ tunc tem-
 poris Francica vocabatur, eamque
 locupletarit, mensibus quoque &
 v. ntris Germanica nomina indiderit,
 ac

CAPUT QUINTUM. 123

ac etiam eandem linguam, quæ ante
vix litteris exprimi poterat, ortho-
graphicè scribi docuerit, quod tamè
multa adhuc sæcula, latiua semper
fuerint usa, & ut hodie adhuc in Ec-
clesia, sic, usque ad Rudolphum pri-
mum, etiam in Aulis & Cancellariis,
sola latina lingua fuerit usurpata.
Hincque ante illum Imperatorem
omnes leges, omnia etiam documen-
ta & instrumenta, judicialia item
acta, latinè conciperentur.

Qua te re sub Anno 1208. Annales
Gothofredi Monachi, ita habent.
Curia celeberrima in assumptione
beatæ MARIÆ, apud Moguntiam in-
dicitur, ubi ferè omnibus Principibus
Regni Teutonici convenientibus pax
juratur, vetera Iura stabiliuntur, nova
statuuntur, & Teutonico sermone
in membrana scripta omnibus publi-
cantur.

Auentinus etiam lib. 7. histor. Ba-
varicæ refert, statuisse Rudolphum

Primum, ut posthac ob inscitiam Nobilitatis, Principum & Pontificum edicta privilegia &c. Teutonum lingua ederentur, quæ hætenus Romano sermone data fuerunt, ac memorat etiam Crasius Annal. Sueuicorum lib. 3. p. 3. c. 1. Rudolphum Imperatorem iussisse, ne amplius litteras contractuum Notarii latinè scriberent, sed Germanicè, multos enim simplices plebis, antea latinâ scriptione deceptos fuisse.

Vicissim sciendum est, Rudolphum primum Comitem Habsburgensem in Heluetia, & superioris Alsatiae Landgraviatum Imperium post Interregnum, cuius supra mentio facta est, maximè turbulentum inuenisse, rebelles etiam Principes varios & Nobiles latrociniis assuetos perdomuisse, is quoque Ottocarum Bohemiarum Regem Austriacis Provinciis, eo tempore masculino herede carentibus inhiantem, feliciter superavit.

P A R S

PARS II.

CAPUT I.

DE JURE ET PRÆ-
EMINENTIA IPSIUS
IMPERII ROMANI IN
genere confide-
rati.

Dignitas Imperii Romani ex
eo imprimis dependet, & sti-
marique debet, quòd Impe-
rium illud vim atque axio-
ma quartæ Monarchiæ repræsentat.

Quamvis enim nonnulli Imperii
Romani moderni hostes tradant, Im-
perium Romanum an adhuc sit, &
ubinam sit, planè ignorari, ut loqui-
tur Pet. Costalius ad L. 32. ff. de Leg.
qui utpote ex gallicana natione or-
tus, non potuit esse amicus Imperii
Germanico-Romani, ut & Bodinus,

m Nca
ificum
m Ha-
Roma-
nemo-
uico-
m Im-
litteras
scribe-
os enim
nâ scri-

olphum
gentem
Alfatæ
t Inter-
cta est,
e, re-
& No-
omuis-
hemie
o tem-
ous in-

PARS

itidem Gallus in Methodo Histor.
 cap. 2. anxie probare nititur, Impe-
 rium Romanum modernum minimè
 esse quartam illam Monarchiam, imò
 quatuor illa vulgo dicta Imperia ma-
 gna seu quatuor Monarchias, cæte-
 ra omnia Regna exuberantia minimè
 esse statuendum, pariter etiam Franc.
 Ionus in Comment: ad Dionel. cap.
 4. Bestiam Danielis non de Romanis,
 sed de Alexandri Magni posteris in-
 telligendam, qui autor Gallus & Cal-
 winista, ejusdem sectæ atque nationis
 plures adhuc asseclas habet. Attamen
 exinde & quod Imperium Romanum
 non semper fuerit generis ejusdem.
 nec semper exstiterit Romæ, sed pri-
 mum Constansinopolim, post ad
 Francos, tandem ad Germanos fuit
 translatum, quod in parte prima hu-
 jus tractatus dictum fuit, minimè
 concludi potest, Imperium nostrum
 hodiernum quartam Monarchiam
 esse, semper namque vis Imperii
 Ro-

Romani ab uno populo ad aliud transiit, tandemque ad Germanos pervenit, quorum ideò Reges rectè dicuntur Romani Imperii, cum in Romanorū successerint jura, ut multis probat Alberic: Gentilis lib. 1. de jure belli, cap. 23. & Arumæus discurs. 4. eadem. 2. qua de re & ego aliquid dixi in tract. de Jurisdic. Imper. Rom. quæst. 2. ac egregiam hac in quæstione operam præstitit D. Ferdin. Waizenegger. p. m. in disput. de Imperat. & Imperio cap. 6.

Hocce Imperium ad finem usque Mundi duraturum non tam Ethnici prædixerunt, & inter eos Virgil. lib. 1. Æneid.

His ego nec Metas rerum, nec tempora pono,

Imperium sine fine dedi.

Sed & Christiani constanter id affirmarunt, sicque Tertullianus lib. ad Scapulum, Christus ait, saluum totū vult Imperium Romanum, tamdiu

E 5

enim

Histor.
Impe-
minimè
n, imò
ia ma-
cate-
minimè
Franc.
el. cap.
omanis,
teris in-
& Cal-
nationis
attamen
manum
jusdem.
sed pri-
post ad
os fuit
ima hu-
minimè
nostrum
rchiam
Imperii
Ro-

enim stabit, quamdiu sæculum stabit, rectaque Froiherus ad Pet. de Andlo. lib. 1. cap. 10. durabit inquit Mundus, quamdiu lingua latina durabit, neque auferetur sceptrum à Christiano Imperio, donec venturus sit acerrimus hostis fidei nostræ Antichristus, ait enim Apostol. c. 2. ad Ephes. nisi venerit discessio primùm non reuelabitur ille filius perditionis, hanc enim discessionem S. Methodius Martyr & Episcopus, in lib. quem edidit de consummatione sæculi, de fine & interitu Imperii Romani exponit. Omnes quippe gentes subtrahent sese paulatim in fine temporum ab obedientia Imperii Romani, vnde gl. ordinat. ad Danielis cap. 2. scribit, sicut à principio nihil fortius fuit Imperio Romano, sic in fine nihil debilius inuenietur, nam quamdiu ei ausculabunt gentes, Antichristus non veniet, esset tunc, si nimirum Romanum Imperium dura-

duraret, & potens esset, qui resisteret
 Anrichristo, & impediret ne ad eum
 fieret gentium concursus, idemque
 Apostol. S. Paul. qui arcana DEI ma-
 nifestissimè nouit, in Epist. 2. ad Thes-
 salon: scribit, qui tenet, teneat donec
 de medio fiat, & tunc reuelabitur il-
 le iniquus, quem Christus interficiet
 spiritu oris sui. Super quæ verba gl:
 ordinat. notat, quod Apostol: in iis
 verbis, qui tenet, teneat, Romanum
 Imperium designat, quo destructo
 veniet Antichristus.

Phanatica contra planè opinio est
 eorum, qui vulgo Chiliastæ vocan-
 tur, & in primitiua Ecclesia docue-
 runt, expectandum esse adhuc post
 Romanum, aliud Imperium, pium,
 sanctum, & universale, illudque du-
 raturum mille annos, unde Chilia-
 stæ, quasi millenarii dicuntur, his-
 que hodie adstipulantur occulti illi
 Rosæ, cruius fratres, Anabaptistæ, &
 Wigeliani.

Procarpus item Castalio, & alii Calviniani, assentiunt, censentque aliam adhuc Monarchiam, & nescio quod aureum sæculum esse, quos refutare non opus est, cum illa opinio, Chiliastrarum, vel hæretica, aut saltem erronea semper fuerit in Ecclesia reputata.

Quod autem Imperium modernum adhuc vetus Romanum juris ratione sit, apparet quoque exinde, quia nostri Imperatores Romani Imperii insignia Aquilam nempe adhuc usurpant: teste enim Vegetio in tract. de re milit: cap. 13. totius olim legionis signum Aquila fuit, quam Aquilifer præferebat, huicque ideo bina capita opponuntur, quia duæ sunt Aquilæ, quarum una alteram obtegitalis expansis: Ioan. Dauel. in tract. de test. pag. 215. alii autem hanc rationem afferunt, cur Aquila Imperii vel duo capita habeat, vel duplex Aquila ibi representetur, quia olim

Im.

Imperium in Orientale & Occidentale divisum fuit, Romani autem Aquilas ex Auruspicum disciplina, & ex eo pro signo sumpserunt, quia vetus fama fuit, Iovem egredientem ad bellum contra patrem Saturnum Aquilam primum vidisse, ejusque auspicio vicisse, unde Iovi sacra reputatur. Natalis Comes lib. 1. Mytholog.

Aquila etiam numquam fulmine tangi creditur, ut refert Plin. lib. 10. histor. natur. cap. 3. quem eundem in sensum Pet. de Andio lib. 2 cap. 14. scribit, Imperii nobilissimum armorum insigne Aquilam semper fuisse, eaque de causa à Romanis antiquitus in vexillis usurpatam. Valerius verò Maximus lib. 1 scribit, quod Remo & Romulo in sacro Aventino monte, observantes auspicia, Aquilam conspexerint, quæ cum sit omnium avium Regina, augurium prosperrimi Imperii signum esse vo-

luerunt. Quòd autem illa Aquila pingitur coronata, id designat præminentiam eò majorem, quam in mundo habet Cæsarea sublimitas. Hocque etiam sacri Prophetæ notarunt, Ezechiel enim Propheta loquens de Nabuchod. Orientis Monarcha, eum Aquilæ comparat, cùm inquit, Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri. Pluribus autem Pet. Valerius in Hieroglyphicis lib. 19. de Aquilæ prærogativa agit, demonstratque, quod Ioui gestet tela, quòd multis Imperium & regnum præmonstraverit, quòd sit volucrum Regina, quod ejus conspectus indicet felicitatem, quod aquilam sibi sacrarint, & usurparint, etiam Persæ, diu antè Romanos.

Veruntamen cùm Imperium Romanum modernum, verè quartam esse Monarchiam, ejusque jura obtinere

nere dico, hoc non ita est intelligen-
 dum, quasi Imperator sit Dominus
 mundi universi, aut quod ille in
 toto mundo, omnibusque ejus par-
 tibus, vel saltem ratione illarum
 Prouinciarum, quæ Romanis olim
 paruerunt, ratione Imperii & juris-
 dictionis fundatam habeat inten-
 tionem, ita ut alii Reges & Respub.
 liberæ, quamuis de facto Imperato-
 rem non pro Domino & Principe
 superiore recognoscant, de jure ta-
 men id facere deberent, prout hoc
 multi tam Itali, quàm Germani as-
 sertant. Inprimis Doct. Marha in
 tract. de jurisdic. p. 1. cap. 20. 21.
 & 26. Modicius in §. lex dubit. ult.
 Pet. de Andlo lib. 2. cap. 8. Tob. Baur-
 meister de jurisdic. lib. 2. cap. 1.
 num. 21. & seqq. imò nonnulli, eam
 ante Christum natum illarum quo-
 que quatuor universalium Monar-
 charum cetera confinxerunt jura, po-
 stulationem nempe aquæ & terræ,
 quam

Aquila
 at præ-
 nam in
 imitas
 e nota-
 eta lo-
 is Mo-
 t, cum
 gnarum
 ductu,
 um, &
 us au-
 yphicis
 va agit,
 estet re-
 regnum
 lucrum
 us indi-
 sibi sa-
 rse, diu
 im Ro-
 quartam
 ra obti-
 nere

quam apud Herodot. lib. 7. Persarum
 Impp. sibi sumpsisse prodirum inue-
 nimus. Inprimis autem eas Prouin-
 cias, quæ numquam in potestatem
 Romanorum pervenerunt, ipso jure
 ad Romanos pertinuisse, dictu absur-
 dum videtur: juris enim gentium est,
 ut gentes sint discretæ, & ita plura
 existant regna, L. 5. ff. de I. & I. & ut
 unum, universaleque Imperium sit in
 mundo, juri naturæ repugnat, Grues
 enim, apes &c. ducem sibi unum sem-
 per eligunt, non plures, haud verò ex
 toto orbe confluunt Grues aut apes,
 ut regem eligant unum, naturæque
 impossibile est, ut Imperium nimis
 magnum bene administretur.

At, qui dissentiant, adferunt le-
 gem, de precatio, ff. ad L. Rhod. de
 tract. ubi rescribitur, quòd Impera-
 tor sit dominus mundi, Lex verò ma-
 ris, verum hoc intelligendum est, de
 orbe Romano, non de mundo uni-
 verso, L. in orbe. ff. d. statu homin.

Impp.

L. 2.

L. 2. in princ. C. de juram. calumn.
 sumitur ergo in dict. L. deprecatio,
 vocabulum mundi synechdochicè,
 nempe pro parte orbis, nam alio-
 quin non opponeretur mari: intelli-
 gendum est ergò rescriptum illud
 Imperatoris ita quod velit esse do-
 minus Mundi, seu orbis Romani in
 terris: mare autem eum nullius sit in
 bonis, & omnibus commune, non
 habere dominum, nec vis aliud, nisi
 omnium gentium commune, quæ
 gentes tacito & longæuo usu in Le-
 ges Rhodias consenserunt, & secun-
 dum eas controversias maritimas de-
 cidere solent.

Sed nec ea gentes, quæ Romanis
 olim paruerunt, nunc vero singula-
 res habent Reges, Imperio Romano,
 qui se subjectos esse plane negant, ad-
 huc ideo Imperatorem Romanum
 de jure pro domino ac superiori re-
 cognoscere tenentur, Deus enim pro
 sua prouidentia singulari, de gente
 in

in gentem regna transfert, & non admodum rarenter, contra regulas juris humani, unde contra naturam est, si disputetur ex æquitate juris privati, an hie, vel alius Princeps, hoc, vel illud regnum possideat jure ut dixi in tractat. de appellat cap. 2. num. 8.

Arma Romana haud semper justa fuerunt, quamvis id Alber. Gent. in tract. de armis Rom. pervincere conetur, nec ideò ægrè ferre debent iidem, quòd vel gentes à Romanis devictæ libertatem recuperarant, vel aliæ etiam gentes liberæ, ut fecerunt Franci, Gothi &c. ademerint Imperio Romano, Prouincias itidem jure belli, cùm quippè naturale sit, aliquid eo jure dissolui, quo colligatum fuit, & ita ferat conditio rerum humanarum, ut in eodem statu non sint semper; sed perpetuæ commutationi obnoxia existant, & nunc crescant, nunc de crescant, nunc stent,
nunc

nunc cadant, imprimis autem ex nationes, quæ ab immemoriali tempore sibi libertatem aduersus Imperium Romanum afferuerunt, tunc eam jure optimo maximo possidere videntur, quamuis enim contra rem publicam, & jus publicum nulla præscriptio locum habere dicatur, per L. 6. C. de præscript. 30. annor. & c. 11. ext. de præscript. id tamen locum non tuetur, in reipublicæ conuersione, & ubi quis se pro exempto omni ex parte gerit, ut dixi in tract. de appel. c. 1. n. 16. Vetustæ quoque causæ ad bellum adferuntur non rectè, quod etiam auctoritate S. S. Scripturæ probat Alber. Gentilis lib. 1. de jure belli. c. 22.

Licet autem Imperator Romanus mundi dominus, & respectu aliorum Princeps superior non existat, ratione tamen majoritatis omnes alios præcedit, idque non solum judicio orbis Christiani, sed ipsius etiam Tur-

Turcici Imperatoris, cum enim David Vagnadius, Cæsaris ad portam Ottomannicam Orator, Constanti-
nopoly discessurus, & Soldano vale-
dicurus, Legatum Persicum primum,
suoque Domino, scilicet Imperatori
debitum occupasse locum cerneret,
in salutato Soldano discedere satage-
bat. Basla ergo Viceremes, eâ re anim-
adversâ, Persam licet Machometam
num inferiori loco sedere iussit, ut re-
fert Leonclavius in supplemento an-
nal. Ottomannicarum rerum.

Quod idem contigit 28. May an-
no 1542. quando Machometes. 3.
inaudita sæculi nostri celebritate
circumcidebatur, ut dicto loco Leon-
clau: testatur; Et turpi adeoque lapsu
corrui Bodin. qui lib. 1. de Republ.
c. 9. Turcam, Francorum Reges
ipsi etiam Imperatori Romano an-
teferre, & Principes omnium Chri-
stianorum maximos vocare scribit;
nam certè aliquando Gallia Regis
Lega-

Legatus de sessione controversiã no-
 uit apud portam Ottomannicam Im-
 peratoris Romani Legato, & hoc
 propterea factum fuit, quod illum
 non pro Imperatoris, sed solùm pro
 Regis Vngariæ Legato agnoscere, eo-
 que nomine loci prærogativa gaude-
 re volebat, ut constat tract. Hebe-
 reti, quem seruitutem Ægyptiacam
 inscripsit.

Ac probat etiã Anton. Guetta,
 conf. 1. & multos in eundem sensum
 allegat Goldast. in seniore suo lib. 1.
 cap. 6. quod etiã Rex Romanorum
 vivente Imperatore, Galliæ, aliosque
 Reges præcedat, tamquam Imperato-
 ris Vicarius, & perpetuus eius Lega-
 tus, & quia honor qui Domino debe-
 tur, idem debeatur illi, qui Dominum
 repræsentat, can. fin. dist. 93. & præ-
 rogatiua quæ est in principali, eadem
 esse debeat in suo locũ tenente Guett.
 dict. loc. n. 6.

Succurrit hinc alia quæstio, num Im-
 perium

um Da-
 ortam
 nstanti-
 o vale-
 rimum,
 peratori
 neret,
 fatage-
 e anim-
 ometa-
 it, ut re-
 nto an-
 May an-
 etes. 3.
 oritate
 o Leon-
 ue lapsu
 Republ.
 Reges
 ano an-
 n Chri-
 cribit,
 e Regis
 Lega-

perium Romanum, sit sub, vel à Papa, sanè inclement: de jurejurando, habetur, Papam nominare, denuntiare, & declarare Regem Romanum, & in cap. venerabilem, ext. de elect. rescriptum invenimus quòd jus & authoritas examinandi personam electam in regem, & promovendam ad Imperium, ad Pontificem spectet, quodque jurisdictio Cæsari electo, subsequente papali coronatione demum tribuatur, pluribus defendit Oldradus conf. 90. vol. 2. & Lancelot. in templo omnium judic. lib. 1. cap. 1. §. 1. q. 4. Et hinc ipse Imperator fidelitatē jurare Pontifici debet, c. Tibi Domino, dist. 63. hincque est, quod Canonistæ communiter dicunt, Papam transferre Imperium Romanum de gente ingentem, S. Thomas lib. 3. de regim. Princip. c. 8. Doct. Martha de jurisdict. p. 1. c. 5 & eod. in tract. S. Thom. c. 19. prodit, Imperium tantum in Ger-

Germanis duraturum, quantum expediens iudicauerit Ecclesia Romana.

Ac itidem in antiquis instrumentis Impp. à Pontifice non confirmati atque coronati, minimè se Imperatores, sed tantùm Germaniæ narrant reges, Imperialis etiam administrationis annos numerare demum incipiunt à tempore Pontificiæ coronationis, imò ab Historicis ipsisque Imperatoribus in numerum Imperatorum haud referuntur ii, qui à Pontificibus coronati non fuerunt.

Verùm Imperatores Romani Canonistis hac in parte plerumq; contradixerunt, ut apparet ex opere Magn. Herwardi, quod contra Bzouium pro Ludovico quarto conscripsit, fol. 121. & multis seqq. aitque Guetta Catholicus I. C. & Archiducalis Consiliarius, dict. cons. 1. num. 16. communem esse scribentium opinionem, quod Rex Roman. antè
Coro

Coronationem Pontificis possit omnia, quæ post coronationem.

Ac quoque Carolus Quintus ultimus fuit, & quem Pontifex Maximus unxit & coronavit, ita ut non vanum huc usque augurium eorum fuisse appareat, qui cum in coronatione Caroli Quinti Imperatoris Bononiæ à Pontifice celebrata, pons ingens, super quem ingrediebatur, corrueret, rem in omen vertentes ex contracto ponte, nullum deinceps alium Imperatorem coronandum iri, ausi fuerint vaticinari: ut refert Arumæus ad auream Bullam, discurs. 2. thes. 20.

Post Carolum Quintum Ferdinandus Primus cum se Imperatorem nominasset, licet non fuisset coronatus, à Pontifice acerbè reprehensus fuit, is autè satis acerbè defenditur à Seldio, tum Imperii Vicecancellario, in quodam Germanicè edito scripto: sed refert Thuanus in Histor: suâ quòd

quod tandem se submiserit Ferdinandus sedi Romanæ, ac etiam Imperatores Moderni, qui à Pontifice uncti & coronati non fuerunt, nominant se tantummodo *erwählte Römische Keyser*. Ego quidem hanc maximam momenti meam non facio, puto tamen electum Romanorum Imperatorem inuito Pontifice, & ubi Pontifex causas contradicendi haberet, puta si Hæreticus nominaretur, Germanicè quidem Regem vocari forsitan posse, sed præminentiam Imperialem, quæ inprimis consistit in Ecclesiæ Romanæ aduocata, ac si quæ sunt similia, de jure non habiturum.

Sed ut reliqua quæ ad Imperij Romani realem Majestatem spectant, enarrem, & hoc inprimis est indagandum, an Romanum Imperium modernum Monarchicum, Aristocraticum, aut verò Status mixtus existat, seu an Imperatorum potestas

G

per

ossit o-
n.
tus ulti-
maximus
vanum
m. fuisse
onatione
Bononiæ
ingens,
corruer-
ex con-
s alium
iri, ausi
Arumæ-
curs. 2.
erdinan-
rem no-
ronatus,
sus fuit,
ur à Sel-
lario, in
scripto :
or : suâ
quoddi

per Capitulationem ut vocant, ita restringatur, ut monarchicum Imperium censeretur haud queat, eò quòd nouus Imperator Capitulationem illam iuramento confirmare teneatur, sicque eo iure, & ea conditione Imperium acquirit. Capitulatio autem illa liberam & absolutum potestatem multis modis restringere videtur. Vnde & Bodinus parum æquus, tamen rerum germanicarum censor, meram Aristocratiam in Republica nostra esse contendit, & Imperatorem Venetorum Duci parem, imò inferiorem agnoscit, eumque plenè subditum Statibus esse contendit, lib. 2. cap. 6. Huicque sententiæ planè compar est illa, quæ nonnulli censent, haud ex scripto Romano iure, sed ex moribus & legibus Germanorum de potestate Imperatoris ratiocinandum esse, quæ opinio in primis proponitur in illo famoso scripto, quæ Vicecancellarius
Wirt-

Würtembergicus rebellionem Donawertensiū defendere nisus fuit, aiunt-
 que illius opinationis assertores in
 ipsa Ectione sine ulla restrictione
 Principibus olim Romanis per legem
 Regiam omnem fuisse datam pote-
 statem, L. 1. ff. de constit. Princip.
 adeo ut quæcunq̄ue ex usu Reipubli-
 cæ, Majestate que rerum diuinarum,
 humanarum, publicarum, priuata-
 rumque esse censeret, ei agere, facere,
 jus, potestasque; esset, quemadmo-
 dū verba legis Regiæ, cuius fragmen-
 tum adhuc Romæ æreum exstat,
 disertè habent.

Pergunt ergo Imperatoriæ Maje-
 statis aduersarii & dicant absolutam
 hanc potestatem, non penes solum
 hodiè residere Imperatorem, nec in
 eum ordines siue Status, omnè suam
 potestatem transferre priuatiuè, ut
 olim fecit populus Romanus, nec li-
 berum exercitium iuriam Maiestatis
 Imperatori committere, sed omnia
 G 2 sua

sua privilegia cunctas veteres & fundamentales leges, aliaque multa sibi referuare, & ita potestatem noui Romano-Germanici Imperatoris conditionibus & restrictionibus quàm plurimis variè limitari. Unde dum nonnulli mitius de Imperatore censentes, autumare solent, Imperium Romanum minimè vero Monarchicum, sed mixtum nunc esse Statum, jura Majestatis inter Imperatorem & Status Imperii communicata esse.

Verùm magis est, ut dicamus Imperium Romanum verè Monarchicum esse, quod & placet Arumæo, in jure publico vol. 1. discurs. 1. & 2. Rencking. de Regim. sæcul lib. 1, class. 2. cap. 2. Nam sanè Imperatori soli tribuitur Majestas, eoque titulo nullus in Imperio Germanico honoratur, nec ipsi etiam Status collectiue.

Is eligitur in Regem Romanorum, simul & Germanorum, ideoque
si non

si non de jure civili Romano, at minimum tamen ex jure gentium communi, fundatam intentionem habet, ratione omnium jurium Regiorum, quæ Regibus ex more omnium populorum competere solent, qui quæ contrarium dicunt, & in una vel altera parte Imperatoris potestatem restrictam contendunt, tanquam versantes in terminis exceptionis, id sufficienter probare debent, & illud quod probant strictissime est intelligendum, cum regulam firmet exceptio in casibus non exceptis.

E contra Principes in Aristocratico Statu, quemadmodum est Dux Venetus & Genuensis, semper contra se habet præsumptionem, nec potest plus, nisi quod ipsi speciatim est concessum, cum quippe maneat Senatui subjectus, nec ullum jus habeat Majestatis, consequenter ergo, si rem accuratè perpendamus, omnia illa quæ Imperatori præscribuntur in

fun-
ta sibi
ni Ro-
s con-
quàm
dum
e cen-
rium
archi-
atum,
rem &
se.
us Im-
archi-
nao, in
, & 2.
lib. 1,
eratori
etitulo
hono-
ollecti-
omano
deo que
si non

capitulatione vel alibi, haud propriè
pertinent ad jns Imperii, sed ut non-
nulli loquuntur, spectant ad Imperii
administrationem, seu ut Politici lo-
quuntur, pertinent ad ordinariam ad-
ministrationem, non ad extraordi-
nariam potestatem, secundùm quam
utpotè Imperator agere potest, quæ
necessitas requirit, licet legibus or-
dinariis quoad litteram contrarium
videatur, & sic nostra memoria Fer-
dinandus Secundus Fridericum Pala-
tinum Heidelbergensem notoriè re-
bellem Banno notavit, Electoriamq;
potestatem uná cum Imperii feudis
in alium transtulit, minimè obser-
vato sollicito illo processu, quem
adversarii similibus in casibus, in
capitulatione & Imperii processibus
præscriptum esse contendunt, quia
nempe pro Statu rerum tum præsen-
tium aliter fieri nequivit, quemad-
modum & antea, eodem fere modo,
Imperator Carolus Quintus Frideri-
cum

CAPVT PRIMVM. 151

cum Saxoniae Electorem remouit, Mauritio, eiusq; fratre Augusto substituto, à quo Moderni etiam Saxoniae Electores descendunt, & super quoque Pragæ inter Imperatorem & Saxoniae Electorem facta Pax ex absoluta potestate ab Imperatore inita fuit: ac certè ita summa necessitas exigebat, aliàs bellum perpetuum habuissemus, nec enim Status Imperij, quorum plerique in armis sibi inuicem & etiam Imperatori oppositi erant, conuocari potuerunt, quod aliàs vigore Capitulationis fieri debuisset.

Ac si Status Imperij simul congregati solummodo omnem haberent Majestatem, sequeretur illo tempore, quo Comititia non celebrantur, nullibi Majestatem & Imperium sine capite seu ἀκέφαλον esse, quod est absurdum, imò in ipsis Comitibus, cum paria sunt uota, aut cum Status inter se conuenire non possunt, si Impera-

propriè
et non-
Imperii
itici lo-
am ad-
raordi-
quam
t, quæ
bus or-
rarium
ria Fer-
m Pala-
oriè re-
oriamq;
ii feudis
e obser-
quem
us, in
cessibus
, quia
præsen-
uem ad-
modo,
Frideri-
cum

tori licitum non esset dare resolutionem & suam auctoritate decidere litem, tunc Respubl. Romana pura Anarchia seu confusio esset, nec Republicae mereretur nomen; & sic videmus cum in tractatione pacis religiosae ratione des^{se} Geistlichen Vorbehalts Status inter se convenire non potuissent, litem hanc Imperatoris decisioni submissam fuisse, quod & aliis in casibus factum invenimus.

Pertinet insuper ad Majestatem realem, quod amplissimus hujus Majestatis splendor haud ex Majorum throno procedit, nec sanguinis privilegio, sed liberrimo eligentium iudicio confertur, idque hanc ob causam, ut Imperator Imperio se magis obligatum agnoscat, nec Regni ordines, ac quidquid infra fortunam suam est, minimè contemnat, & sic Imperator sibi Regem Romanum adjungere, huc successorem certum substituere, propria auctoritate nequit,

CAPVT SECVNDVM. 153

quit, & hoc ad solos Electores spectat, cumque id ausus esset Carolus Quintus nominando fratrem Ferdinandum Regem Romanorum, illud inter causas belli Schmalcaldici relatum, quoque fuit, ut ex Friderico Hortledero in tract. de putatiua justitia belli German. apparet.

CAPUT II.

DE PERSONA IMPERATORIS, EIUSQUE POTESTATE.

Potestas, Imperatoris cum electus est, in omnes Imperii subditos fundatam parit intentionem, ut scilicet illis præcipere, subditi Imperii Imperatori obedire teneantur, verum tamen horum Subditorum non eadem vel parilis conditio esse videtur, nonnulli quippè Majestatem Imperatoris communitet solum mo-

do obseruant, quemadmodum Principes & Ciuitates Italiae, Lotharingiae item, atque Burgundiae Ducatus, alii vinculo arctiori Imperatori sunt obstricti, ut sunt caeteri Imperii Status, qui in comitiis conuenire coguntur, qui que Ligii Vasalli Imperatoris atque Imperii reputantur, & in omnibus Caesareae subsunt Majestati.

Et administratio illius potestatis consistit cum in Imperialis iurisdictionis exercitio, tum in regalium eminentia, iurisdictionem quod attinet, de causis omnibus pronuntiare solet Imperatoria Majestas, exceptis Ecclesiasticis, & spiritualibus, ac spiritualitati ut vocant, connexis, à quibus politica potestas est aliena; Verum tamen sciendum Imperatorem universalem Ecclesiae Catholicae seu Romanae aduocatum & defensorem esse, eo que nomine Pontifici iuramentum praestare, aduocatia autem haecce

hæccè omni superioritate & iurisdictione, quæ ab Imperatoribus in Ecclesiam Romanam exerceri possit, planè caret. Etenim politica potestas, nullo modo Ecclesiasticæ Hierarchiæ leges dat, sed potius accipit eas leges, quas Canones vulgo vocamus, quibus subinde etiam rigor & impietas juris ciuilibis temperatur, ut in materia præscriptionis, usurarum & similibus fieri solet.

Quamuis autem Imperatores Romano-Germanici vetusti, confirmationem Electorum, Pontificum, in ipsam Electionem aut præsentationem Pontificiam, ut & Episcoporum sacrilego ut videtur conatu, sibi arrogarint, quod in primis fecit Henricus Quartus & Fridericus Secundus, tamen illa, quæ, ut supra alicubi dixi, orbem Christianum diu afflixit, sopita tandem fuit, per Concordata Germaniæ, quibus inter Fridericum Tertium Imperatorem, & Nicolaum

Quintum Pontificem Maximum conuenit, ut Electio Episcoporum penes Collegia Canoniorum remaneret absolute, confirmatio ad Pontificem spectaret, inuestitura uero feudalis, quo ad regalia secularia, & bona ab Imperio dependentia Imperatori competeret.

Porro vigore aduocatiæ modo dictæ comperit etiam Imperatori in Monasteriis Germaniæ, inspectio æconomix quæ uulgò *Kasten Vogten* vocant: *Vogt* enim est Præfectus, & uerbum *Kasten* siue horreum, tropice sumitur pro redditibus, competit etiam Imperatori in Monasteriis, eorumque pagis administratio ciuilibis & criminalis jurisdictionis, à qua olim Ecclesiasticæ personæ abhorrebant. Competit item Imperatori in bona Ecclesiastica territorij iurisdictione, eò quòd in fundo Imperij Romani sint sua, hancque aduocatiam Statibus Imperij primoribus, unà cum Terri-

Territorio, ejusque Superioritate, feudi nomine concedere solent Imperatores. Hincque in Austria, Bavaria &c. locis, ubi Nobiles Landsassij sunt, da die Landsfesseren herkommen ist/ Principes plenariam advocatiam Monasteriorum habent, ac Prælati inter Status Prouinciales recensentur, in cæteris vero locis, ut inprimis in Sueuia, & Franconia ubi major libertas viget, & Prælati immediatè Imperio subsunt, ibi jus advocatiæ, vel fundatores ex reservatione habent, vel advocatiam Impp. aliis Statibus diuersis tamen conditionibus nunc in perpetuum, nunc ad tempus, nunc pleno, nunc minus pleno jure concesserunt: ut apparet ex Monasterii Kaisershemensis, ut & Monasteriorum Wittenbergicorum, publicè protestantibus documentis.

Sed ut Ecclesiam Catholicam, ut jam modò dixi, summopere olim turbauit lis illa Pontificum & Impe-

ratorum, ita eâ extincta, ac per concordata Germaniæ sopita, Diabolus tanquam perpetuus Ecclesiæ hostis & persecutor, statim alia semina dissensionum spargere cœpit, hæresesq; varias excitavit, quarum asseclæ occulto Dei judicio ad tantam potentiam peruenierunt, ut Imperatori Catholicisq; Imperij Statibus leges imponere fuerint ausi, hincque novæ lites, & infinitæ exindè pullulantes quæstiones sunt exortæ, varicque disputari cœptum fuit, quid Imperator in causis Religionem concernentibus possit.

Sciendum autem est, Imperatoriam potestatem quoad causas Religionis, includam esse cancellis pacis Religiosæ, cujus contra constitutionem nec ex potestatis plenitudine sancire vel decernere nil quidquam potest, utpoti cujus firmitatem & robur, reciproca Statuum obligatio omnino efficit inuolabile, S. vno
damis

damit solcher Fried / vers. so solle die
Kaiserliche Majestät / wie auch Chur-
fürsten in den Reichsabschiden de an-
no 55.

Ex quibus apparet constitutionem
illam contractus obtinere firmitatem,
ex eaque universis & singulis contra-
hentibus jus quæsitum ut vocant or-
tum esse, per tradita Petri Gregorii
Tholosani lib. 7. de Repul. cap. ult.
n. 26. & seqq.

Quæritur autem hîc imprimis, an si
inter Status, de negotio quodam oria-
tur lis, quæ ex illa constitutione de-
cidi debeat utrum ea ab ipso Impe-
ratore, ejusque aulico consilio. dem
Kaiserlichen Reichs Hoffrath per
mandatum, vel sententiam definiri
possit, an è verò ad Cameram Im-
perialem necessario debeat remitti.
Et quidem Protestantes ex speciosis
rationibus contendunt lites hæc
ad Cameram pertinere, easque ra-
tiones plerasque recensui, in tracta-

tu. de jurisdic. Imperii Romani
 quæst. 11. sed tamen & illas rationes
 ex Politicis & IConsultis protestan-
 tibus primariè operosè refutarunt.
 Imperatorisque & aulici Iudicii po-
 testatem asseruerunt, Pet. Heigius
 nempe p. 1. q. 9. Paurmeister de Iu-
 risdic. Imperii lib. 2. c. 1. Arum. de
 jure publ. tom. 1. disc. 10, & tom. 4.
 disc. 29.

Sed certè illa Protestantium præ-
 tensio merus prætextus est, & effu-
 gium subdolum, quando enim in au-
 la Cæsarea, aut in ipsis Comitibus Ca-
 tholicorum querelæ contra Prote-
 stantium inuasiones proponeban-
 tur, illi exceperunt hiscè litibus Ca-
 meram Imperialem judicem esse de-
 stinatum, nec esse quòd Status Impe-
 rii, ipseque Imperator ac ejus aula
 se intromittat, cum verò famosæ il-
 læ quatuor causæ, vulgo die für Klo-
 stersachen indigitatæ ad Cameram
 deferebantur, & Protestantes sen-
 ten-

CAPVT SECVNDVM. 161

tentiam contra se reportassent, illi reuisionem petierunt, at porro cū iudicium reuisorium esset instituendum, ipsique consiliarij Palatini, qui unā cum aliis reuisorij Iudices esse debebant, fieri cogerentur, stantibus Imperij legibus, cameralem sententiam reformari non posse, Protestantes detraharunt iuris processum ex hocque omnes causæ reuisorie, hætenus in suspensio manserunt, magno cum scandalo, & iustitiæ publico detrimento, dum nempe dicti Protestantes prætenderunt, talibus de causis quæ scilicet restitutionem Monasteriorum Profanatorum concernebant, per modum compositionis esse tractandum, nouamque pacificationem ineundam esse. Ac cum Catholici hoc merito deriderent, Protestantes è contra bello injustè occupata tueri voluerunt, indeque unionis fœdus initium sumpsit, ut ex Archiuo Vnionis apparet, ex quo porro

porro tristia illa bella, nec dum finita, orta fuere.

Porro autem quamvis Imperator mutare pacem Religiosam non possit, nec ei aliquid derogare queat, interim tamen Imperatori minimè denegatum esse debet, autoritate qua fungitur impedire, Catholicisque implorantibus succurrere, si ex aduerso notoriè aliquid contra pacem Religiosam Status protestantes moliantur, eaque ratione edictum illud Cæsareum imponens restitutionem bonorum Ecclesiasticorum, Iuri & æquabili justitiæ administrationi conforme omnino fuit.

Circa justitiæ autem administrationem quæri insuper solet, an Imperator in causis feudi regalia concernentibus ordinarius Iudex existat, & quidem si de Ducatibus, Comitibus, & similibus Imperij feudis alterutri parti finaliter abjudicandis agitur, Cæsar non verò Camera Iudex

CAPUT SECUNDUM. 163

dex est, ut apparet ex ordinat : Ca-
mer. p: 2. tit. 7. quod & conforme est
juri feudorum tit. 34. in princip. lib.
2. feudor. tit. Rencking. lib. 1. class. 4. c.
19. Cùm verò possessorium solum in-
tentatur, petitorio illibato Cameram
judicem posse esse aiunt, aut etiam
aulam Imperialem, ibique præn-
tioni esse locum, And. Knichen de
jure Territorii c. ult. n. 20. & seq. &
hanc Imperatoris potestatem eò us-
que porrigunt DD. ut Parium Cu-
riæ, & Principum Imperii accessio
non necessaria videatur. Pet. Heigius
q. 9. n. 43. p. 1. Arumæ. de Iur. publ.
tom. 1. 11. & tom. 4. disc. 30. ac
seq. Ampliatur hæc conclusio, ut lo-
cum habeat, quamvis cum ipso Im-
peratore Vasallo lis intercedat, aut
quando quæritur, an ea feuda Fisco
Imperatorio sint applicanda, c. 1. §.
penult. de prohib. feud. alienat. per
Frid. lib. 2. Feud. eo quod summus
Princeps in propria quoque judicare
possit

n fini-
erator
n pos-
at, in-
nè de-
te qua
cisque
ex ad-
pacem
es mo-
n illud
ionem
Iuri &
rationi
ministra
Impe-
concer-
existat,
Comita-
udis al-
licandis
era Iu-
dex

possit causa L. 7. ff. de his, quæ in test.
del. Martha de jurisdic. part. 2. cap.
35. u. 10. hasque lites vicariâ operâ
dirimendas aulico plerumque Con-
silio demandare, Rosenthal notat
in tract. de feud. cap. 12. conclus 3.
n. 6.

Sed Principes Protestantes non-
nulli, etiam hoc casu Imperatori
controversiam movent, quod impri-
mis nostra memoria factum fuit,
in negotio Iuliacensi, cum illum Du-
catum Saxonix Elector sibi arroga-
ret, eoque nomine actionem insti-
tuisset in Cæsarea aula, tunc enim
Brandeburg. Elector, & Neoburgens.
Palatinus regesserunt, more Imperii
esse comprobatum, & sublimitatem
Principum etiam mereri, ut Impera-
tor Pares Curix, hoc est, alios Status
parilis dignitatis cum litigantibus
sibi associare teneatur, jusque illud
vocabulo, das Fürstenrecht / voca-
bant, qua de multa etiam dixi in
tract.

CAPVT SECUNDUM. 265

tractat. de iuridict. Imperii q. 14.

Verùm hæc omnia nulla lege vel consuetudine certa atque firmata, & quod Romano - Germanici Imperatores olim Principes ad dijudicationem eiusmodi causarum assumpserunt, id per accidens factum fuit, quoniam enim Imperatores non certos Consiliarios habuerunt, sed ex una Prouincia in aliam proficiscentes, Magnates illius Prouinciæ semper aulam sequebantur, & tunc cum illis ad Imperatorem deferabatur, ex Comitatu & Sequela talium Magnatum quicumque placuerant Episcopos nempe Principes, Comites, Barones, Equites, Nobiles conuocabant, eorumque sententias audiebant & tunc pro lubitu nullo modo maioribus votis astricti sententiam ferebant, ut ex Chronico Spirensi Lemanni non uno loco apparet, & talis ideò processus consideratis hisce circumstantiis inconsequentiam trahi non debet.

Porro

Porro autem ut in causis Religio-
sis, feudisque Majoribus, ita & in
omnibus aliis Imperator ejusque au-
la, Camera præteritâ adiri, imò et-
iam appellationes ad Imperatorem,
deferri possunt. ut hoc in tom. 6.
Symphor. q. 2. in append. probatur,
non enim Imperator in Camera
priuatiuè sed cumulariè transtulit
suam potestatem, nec sibi manus li-
gavit, seque Camerae quasi captivum
fecit, aut ejus tutelæ se commisit, sed
potiùs judicium tale proposuit, quod
adire quilibet posset si in remotiori-
bus locis aula Cæsaris versatur.

Ac certè si lites & Appellationes
necessariò ad Cameraam essent refe-
rendæ, tunc hodiè Imperium Roma-
num Iustitiæ administratione care-
ret, & ita Reipublicæ nomen planè
non meretur, cujus quippè finis
primarius est tranquillitas inter sub-
ditos, quæ sine justitiæ administra-
tione prompta procurari omnino
nequit.

nequit. Taceo ergo nunc Camerae Imperialis diuinos, imò immortales processus, Taceo executionis defectum, & imbecillitatem Cameralium sententiarum, solumque hoc dico, quod Reuisiones Cameralium sententiarum executionem suspendunt, Reuisiones autem multis jam annis non expediri solent nec adhuc spes refulget, illas exitum aliquando habituras.

Nunc ergò de Iudiciis Imperialibus aliquid subjungam, per quæ nempe Imperator Iurisdictionem sibi competentem exercet, inter ea autem iudicia primum occurrit jam læpe dictum aulicum iudicium quod fundamentum habet in act. 39. & seq. Cæsareæ Capitulationis, verba ita se habent: *Dasß seyn Majestät dero gehaimb. vnd des Reichs Hoffraht mit Fürsten/Graven/Herren vom Adel vñ andern ehrlichen Personen nicht allein auß Ihrer Majestät/sondñ auch meh-*
reris

religio-
 a & in
 que au-
 mō et-
 torem,
 om. 6.
 obatur,
 m eram
 anstulit
 anus li-
 priuum
 isit, sed
 it, quod
 notiori-
 r.
 lationes
 ent refe-
 Roma-
 ne care-
 en planè
 pè finis
 nter sub-
 ministra-
 omnino
 nequit.

ren theils deren so im Reich Teutscher
Nation / vnd andern Orthen erzogen
vnd geboren / darinnen begürtet / der
Reichs Sachen wol erfahren / gutes
Stamens vnd Herkommens seyn / also
bestellen wolle / damit Meniglichem
schläunige vnparthische Iusticia ad-
ministrirt werden möchte.

Imperatores autem olim Romano-
Germanici, quamuis jus dicendi po-
testatem Statibus concesserint, per-
petuo & successorio jure, sed tamen
sibi reseruarunt rerum graniorum
iq̄sōque Status concernentium cau-
satum decisionem, ac quoque pro-
uocationem supremam, hæque licet
in præsentia ipsius Imperatoris di-
sceptabantur, sed planè summariè, ac
etiam Imperator, ut jam modo dixi,
pro lubitu sibi in Consilium, loco-
que Assessorum assumebat quosdam
ex ijs, qui aulam sequebantur, ipsius-
que in Comitatu erant, Leheman in
Chronico Spirensi lib. 5. c. 4. & c.
17. All-

CAPUT SECUNDUM 269

17. Aliqui autem Imperatores aulicum quoque Iudicem habebant, et neni Hoffrichter / qui appellationes Minorum Gentium dijudicabat, ut apparet ex Constitut. Rudolphi Primi apud Ehemann dict. lib. 5. cap. 108. Hocque est fundamentum & origo Aulici Iudicii, des Reichs Hoffrahts / successit enim Imperator in jus suorum Antecessorum, & ita causas quascunque dijudicare potest, quas olim Imperatores neque per constitutionem, seu erectionem Camerae ullo vetustissimo & Imperatoria officio arctissime annexo jure semet priuavit, ut infra etiam latius dicam.

Ad hoc autem Aulicum Iudicium praecipue & nunquam ad Camerae Imperialem pertinent Italicae causae, quae puta eos Principes, ac Status Italiae concernunt, si qui adhuc Imperatoris jurisdictionem agnoscunt, Paurmeister lib. 2. de jurisdic. c. 5. n.

H

26. Aru-

A
utscher
erzogent
t / der
gutes
on / also
glichen
tia ad-
mano-
ndi po-
, per-
tamen
norum
m cau-
ue pro-
que licet
oris di-
ariè, ac
do dixi,
, loco-
quosdam
t, ipsius
man in
4. & c.
17. All-

16. Aumæ. ad Auream Bullam disc.
3. thes. 32. ut apparet & ex Consiliis,
quæ in causa Vinariensi à Menoch.
edita fuerunt.

Proximum ab aulico Iudicio est
Camera Imperialis, sumitur autem
Camera vox, quandoque pro con-
clavi, ubi jus reddi solet, ubi est cau-
sarum officina, & veluti quoddam
juris asylum, unde & Consistorium
Romanum Camera etiam vocari so-
let. At camerale iudicium olim
in Imperio Romano ambulatorium
erat, Imperatorisque aulam sequeba-
tur, ac nec etiam tum cum primò
Francofurti ad Moenum singulare
Camerae iudicium ab aula separatum
institutum, ibique anno 1495. 3.
Novembr. prima judicialis audien-
tia celebrata fuit, teste Guil. lib. 2.
de Pace publ. c. 1. n. 28. statarium e-
rat, nec uno in loco semper perma-
nere debeat, at tandem consultius
visum fuit, illud Spiræ, ita ut inde
trans-

CAPVT SECUNDUM. 171

transferri non possit, nisi ad tempus, propter bellicos tumultus, aut ob contagij luem. Causa huius separationis, quod nempe Camera Imperialis ab aula Imperij seiuncta fuit; hæc extitit, eo quod in Regnis ac Provinciis suis patrimonialibus longè ab Imperij centro remotis domicilium constitueret Maximilianus Primus. Is enim sæpè in Italia, non rarò in Belgio, nunc in Heluetiis, bellum gerebat, ut verò interim aduersus vim & iniustitiam præsidium semper præsto esset, placuit Imperij certum quoddam Dicasterium, quod ratione causarum judicialium concurrentem cum Imperatore potestatem haberet, consentientibus Ordinibus, erigere, ut refert pluribus Wilh: Roding: in Pandect. Camer. Imperial. lib. 1. tit. 2. Interim tamen, & per hocce subsidiarium quasi medium nihil plane Imperatori de Ordinaria sua iudicandi potestate, si

H 2

quis

disc.
filiis,
noch.
cio est
ntem
con-
t cau-
dam
orium
ri so-
olim
orium
ueba-
primò
ulare
ratum
95. 3.
udien-
lib. 2.
ium e-
perma-
ultius
ut indè
trans-

quis eius aulam accedere velit ; est decerptum, sed cumulatiue, quod aiunt, & nullo modo privatiuè Camerae iurisdictionis concessa fuit.

At quamuis videatur Iurisdictionem Camerae deriuari non solum ab Imperatore, sed & simul ab omnibus Statibus illud tamen commentum Pauromeister operosè refutat lib. 2. de Iurisdiction. c. 6. n. 641. simulq; probat, aulam & Cameraam collate alia Iudicia existere nec per Camerae erectionem aulico Iudicio quidquam ademptum esse, pariter ut erectio Rottwilensis Dicasterij ante Camerae introductionem minimè impediēbat, quò minus causæ ad Rottwilense Dicasterium pertinentes, apud ipsum Casarem proponerentur, nec sequitur: Status Imperij ad Camerae erectionem consensum suum a. l. ibuerunt, ergò Iurisdictionis ab iisdem deriuatur, fieri enim potest, ut Status Imperij, ac etiam Status Prouinciales

CAPUT SECVNDVM. 173

les cum leges sunt ferendæ, cum col-
lecta imponenda, cum bellum est
indicendum simul eo operantur, ergò
illa Regalia & Iura Majestatis prin-
cipibus & Statibus sunt communiã
Nam aliud est principaliter aliquid
agere, suoque jure, aliud consensum
adhibere.

Quamuis autem Camera Imperia-
lis habeat cumulatiuè Jurisdic-
tionem, id est una cum Imperatore,
eiusque aulico Iudicio, tamen si lis
semel in Camera introducta fuit, eam
exindè auocare, & ad se trahere Im-
perator vix posse videtur, quamuis
enim contrariam sententiam Ber-
lich: in decision: suis, decis: 1. defen-
dat, eadem tamen à Lymnæo de Iu-
re publ. lib. 9. c. 2. n. 56. & sequent.
operosè refutatur; & quamuis ar-
gumenta Berlichij pro auocatione
admodum speciosa videntur, sem-
per tamen præuentio obstare, ex-
ceptionemque litis pendentia con-

H 3

tra

tra auocationem militare videtur, quod Ius ordinarium Imperator, nisi ex causa Status, & propter maximam rationem aliud necessarium videatur, mutare non potest, quod & praxis obseruat.

Porro autem Camera non delegatam sed ordinariam omnino Iurisdictionem habet, idque communissima Dd, sententia est, ut d. loc. n. 56. & seq. tradit Lymnaeus, & quia ordinaria illa Iurisdictione est, nec ideò per mortem Cæsaris expirat, sed mandata & alia rescripta sub nomine & præscriptione Vicariorum Imperij expediri solent: habetque Camera fundatam Iurisdictionem ratione præcipuè appellationum, à Iudiciis mediatis Statuum ritè interpositarum.

Notandum tamen est, Status quosdam esse priuilegiatos in totum, ut sunt Bauariæ, Saxoniz, & Brandenburgensis Elector, Archidux item Austria,

Austriæ, Burgundiæ, quôque ac Lotharingiæ Duces, alii Status solummodo quod certam summam sunt, privilegiati, ut scilicet ab iis nequeat appellari, nisi lis summam illam excedat, qua de re videri potest, tom. ult. Symphor: ubi varia privilegia quoad appellationem integrè representantur

In causa porro simplicis quærelæ, ubi lis in prima instantia vertatur, fundata est Camerae Jurisdictione, quando supplicatur, ut vocant, auff die 4. Sahl / in causis scilicet religiosæ pacis, pacis item publicæ, pignorationis, ac super litigiosa possessione, de quibus videri potest Pet. Frider. Mindan. lib. 1. & porro mandata sine clausula Imperiali possunt in causis, ubi à præcepto incipi potest, de quibus vid. d. Midan. lib. 2. & Philipp. Dennagl. libro singulari de processibus, decernend. & quidem mandata illa ideò sine clausula vocantur,

quia contra ea non datur exceptio, nisi si sub vel obreptionis, id est si non fuerit falso narratum, sed factum in rei veritate ita se habet, ut in precibus relatum fuit.

Camerae porro Judicium, cum Cæsaream Majestatem representet, ab eo veterior appellatio non datur, sed solummodo reuifio, de qua singularem tractatum edidit Ludouic: Benderus.

Quæ autem insuper causæ ad Cameraam spectent, iam supra dictum fuit, hisque adjungendæ sunt petitio absolutionis à Juramento ad effectum agendi, Cammergrichts Ord: p. 2. tit 24. Gail. 1. obser. 25. In causis item priuilegiorum Cæsaris, puta, si quis ratione violati priuilegii Imperialis, ad poenas ejusdem priuilegii insertas agere velit, id in Camera proponi potest, Gail lib. 1. obser. 1. n. 7. fundatam item Jurisdictionem Camera habet in causis Legis

gis

gis diffamari, quando diffamatus im-
mediate Imperio est, subjectus, Kam-
mer Gerichts Ord. part. 2. tit. 25. Gail.
1. obser. 9. & seq.

Decernuntur etiam commissio-
nes ad perpetuam rei memoriam in
Camera Imperiali, si reus immedia-
te Imperio sit subjectus, Gail. lib. 1.
obser. 1. n. 16. & obser. 93. n. 2.

Adite quoque Cameram licet, si
inferior Iudex iustitiam deneger,
Kammer Gerichts Ord. p. 2. tit. 26.
Gail. lib. 1. obser. 28. n. 2. & 3. Si Iuris-
dictio inter duos Status sit contro-
uersa, & subditum in tali loco con-
trouerso habitantem conuenire ve-
lim nesciam verò coram quo Domi-
no hoc debeam facere, tunc Came-
ram adire possum, Lymnæus de Iure
publ. lib. 9. c. 2. n. 117. pariter ubi
continentia causæ diuidi non potest,
& coram diuersis Iudiciis causa esset
agitanda, tunc illa lis ad Cameram
spectat. Frider. Mindan. de process.
lib. 3. H 5 Præ-

Præterea causæ criminales, neque per appellationem, nec alia ratione in prima scilicet instantia ad Cameram pertinent, utcunq̄ue dissentiat Frider. Mindan. lib. i. c. 9. quod enim lege aliqua Imperiali ad Cameram causæ meri Imperij siue criminales pœnam corporis afflictiuam concernentes ullo tempore ad Cameram fuerint translatae nullibi cautum inuenitur, adeò ut etiam taxatio expensarum criminalium causarum, ad Cameram non deuoluatur per appellationem, ut in tract. de appellat. c. 2. n. 4. dixi De crimine tamen fractæ pacis iudicat Camera, ordinat. Cameral. part. 2. tit. 9. ut & de crimine persequarum Camera adscriptarum, ut tamen executio ad Senatum Spirensensem spectat, ord. Camer. p. i. act. 50. Lymanæus sup. d. c. 2. n. 81. proponi tamen potest nullitas criminalis processus, si Iudex immediate Imperio sit subiectus, Kammer-
Drd.

CAPVT SECVNDVM 176

Ord. p. 2. tit. 28. ubi verba ita sonant, da jemand sich an dem Kämergerichts beklagen würde / daß in peinlichen sachen so Leibstraff belangen / sein unerfordert vnd ungehört / vnd also nichtiglich / oder sonst wider natürliche Vermunft vnd Billigkeit wider ihn procedirt / derohalber principaliter auff die Nullitet amb process ansuchen würde / so ferr dann der Richter dem Kämergericht ohne Mittel vnderworfen / soll der ansuchenden Parthey Ladung erkennen / auch nach befundenen Sachen / die Hauptsach wider an die ordentliche Obrigkeit formlich vnd rechtlich zu procedirn vnd zu vrtheilen remittieret werden.

Si item non de crimine puniendo, sed de Jurisdictione in causa criminali quærat, cui nempe illa competat, tunc illa lis tanquam minime criminalis, sed jurisdictionalis ad Cameram spectat, Lymn. dict. loc. n. 83. Appellari itidem potest in causis

que
tione
ame-
entiat
enim
eram
nales
ncer-
eram
m in-
o ex-
um,
per
appel-
amen
ordi-
& de
scri-
Se-
Ca-
d. c. 2.
ullitas
nme-
mer-
Ord.

causis criminalibus, ubi non quaestio est de sanguinis poena, sed de pecuniaria multa, ut dixi in tract. de ap-
pel. c. 2. n. 4.

Præterea ad Cameram nullo modo spectant causæ matrimoniales, cum eæ sint spirituales, quæ coram Laico tractari non possunt, c. 1. de consang. & affinit. Lymnæ. dict. loc. n. 186. Et ridiculum est, quod ille ibidem tradit, hodiè post pacem religionis firmatam, rectè Principes protestantes hac in parte Cameræ reformationem petere posse.

Præest autem Judicio Camerali der Kammer Richter/isque constituitur seu nominatur ab Imperatore, & necessariò debet esse Germanus, & ad minimum Comes vel Baro, Kammergerichts Ord. p. 1. tit. 1. 3. vel. 4. Assessores Anno 1500. tredecim tantum, & aliquando pauciores fuerunt, sed crescente in dies litium & controuersiarum multitudine, paulatim

latim numerus quoque ille excreuit,
 & Anno 1570. quadraginta & unus
 ordinati fuerunt, illorumque Asses-
 forum præsentat seu nominat Impe-
 rator tres Comites vel Barones, &
 duos Juris Doctores, reliqui partim
 Nobiles, partim Doctores ab Electo-
 ribus, Archiduce Austriæ & Burgun-
 diæ Duce, ut & à Circulis von dem
 Krauß des Reichs præsentantur, &
 quod attinet Iurisconsultos, necesse
 est, ut ii vel in approbata Accademia
 jura fuerint professi, vel ad minimum
 quinque annis Iuri operam dederint,
 & legitimè fuerint promoti. Pro
 firmitate item, & conseruatione in-
 tegrîtatis hujus Dicasterii in Camer.
 ordin. p. 1. tit. 50. cautum legimus, ut
 quot annis ab Imperatore, & Statibus
 Commissarii certi ordinentur, qui ad
 primum Maji quotannis visitent
 Iudicium Camerale, defectus refor-
 ment alia necessaria constituent, du-
 raaueruntque ejusmodi visitationes

usque ad annum 1588. ubi Archiepiscopus Magdeburgensis Lutheranus ex ordine voluit esse Visitator, cum vero Catholici eum admittere nollent, hactenus visitationes suspensæ fuerunt.

Porro autem Imperii Romani Status propter Camerae erectionem noluerunt semet beneficio primæ instantiæ priuare, his enim sæpius agitata magis elucescit, & quæ in prima instantia sua omissa, insecunda reparati, & deducta deduci, non probata probari possunt. Hincque est origo iudicii Austregarum, Austregæ autem certimodi sunt, quibus Status inter se conuenerunt, ut eorum lites sopirentur, gewisse Weiß/vermittelst welcher der hohen Stände Strittigkeiten außgetragen werde sollen/ut loquitur die Kammergerichts-Ord. p. 2. tit. 2. & seq. de iisque late agunt, Roding. Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 4. Lymnæ, de Jure publ. lib. 9. c. 5.

CAPVT SECVNDVM. 183

c. 5 & Schubhart tractatu singulari
de Austregis.

Ab hiscè autem Austregis ad Ca-
meram appellatur, ac quoque si reus
non secundum normam Austrega-
rum Iudicem eligit, tunc tanquam
in casu delegatæ Iustitiæ rectà Ca-
mera adiri potest; & dicuntur Au-
stregæ à voce germanica, außtragen/
eo quod coram illis Iudicibus electis,
negotia & lites Principum, atque
immediatorum nonnullorum Statu-
um terminantur, weil allda die Sa-
chen rechtlich außgetragen werden / &
sunt quoque Indices Austregarum,
nonnullarum familiarum & corpo-
rum, quos sibi peculiariter ex pacto
constituerunt, quos vulgò Stamm-
Austräg vocant, ut dixi in Theiauro
practico verbo Austräg.

De Austregarum autem origine &
antiquitate variè disputatur, ut vide-
re est apud Lymnæ: lib. 9. c. 5. n. 3. &
seqq. Ac nonnulli quidem putant, à
primæ-

primæva Germaniæ consuetudine descendere illas Austregas, sed planè absque fundamento, nullibi enim illarum Austregarum antè Maximil. Primum, & ante Camerae Imperialis ordinationem sancitam fit mentio, ex nullo etiam Archivo hætenus acta producta fuerunt earum Austregarum mentionem facientes, aut ex quibus apparere possit, ante Maximilianum Primum litem aliquam hac ratione ventilatam fuisse, sed tamen Ciuitatibus Imperialibus regulariter non computant Austregæ, nisi singulariter quibusdam ex præscriptione, & priuilegio singularari, Lymnæus dict. loc. num. 16.

Præterea an illæ Austregæ præteriri possint, & statim Aulicum Iudicium Cæsareum adiri, quæstio est capitalis, & pro negatiua propugnat Lymnæ: dict. loc. sed præsupposito Austregas demum sub Maximiliano. Primo introductas, & Imperatorem

CAPUT SECUNDUM. 185

non priuatiuè, sed potius cumulati-
uè Camera Imperiali Jurisdictionem
dedisse, exindè sequitur, introductio-
nem Austregarum Camera solum,
præjudicare, & ordinationem Came-
ralem, cum de Camera solum loqua-
tur, strictissime intelligendam, nec
ad Aulam Cæsaream extendendam,
& maximè cum ante Camera Con-
stitutionem vel non fuerint, vel non
potuerint Cæsari præjudicare illæ
Austregæ.

An autem criminales causæ co-
ram Austregis ventilari possint,
controuersia est, & quamuis pro af-
firmatiua multa adducat Lymnæ:
dict. c. 5. n. 63. usurpantia tamen
optima legum interpretes litem hanc
ce dirimere videtur, & nunquam
poterit monstrari exemplum, ubi
coram Austregis proposita fuerit
causa merè criminalis, & capita-
lis, hæ enim, si Status Imperii con-
cernant, omninò pertinent ad Im-
pera-

peratorem, suntque de eiusdem re-
seruatis

Dixi supra Imperatores habuisse
in sua Aula, Einsonderbar Hoffge-
richt/ & quidem talis aulici Judicii
loco, cum eoque subalternum ut ef-
set, Conradus Tertius Imperator,
Sueuiæ Dux, Anno Christi. 1147.
aliud instituit, eoq; Ciuitatem Rott-
wilensem propter fidelem operatam
ipsi contra Lotharium Saxonem,
nauatam in perpetuum donauit, Ju-
diciis ibi officium feudi titulo perpe-
tuò exercent Comites de Stultz, qui
ibi olim latè dominabantur, & di-
stat Oppidum Stultz, nunc ad Wirt-
tenbergicum Ducatum pertinens,
non longè à Rottwila, illique Co-
mites in fundatione Monasterii Al-
perspacensis Comites Regionis vo-
cantur, cum vicissim alii, & tunc
temporis ipsi Comites Wirtenber-
genses tantummodo Comites Castri
dicerentur.

Et

CAPVT SECVNDVM. 187

Et iidem illi Comes adhuc hodie Erbhofrichter des Kayserischen Hoffgerichts in Rottweil se interibunt, & contabatur ab initio illud iudicium Rottwilense duodecim Nobilibus Equitibus, ex vicina Nobilitate selectis, in Eorum locum succedere duodecim Senatores Rottwilenses. Est vero illud Iudicium non universale ut Camera, sed certo circulo circumscriptum, & continet ille circulus Circulum Franconicum Suevicum, & Rhenensem tractum, Rottweilische Hoffgerichts Ord: p. 2. tit. 1. & ibi Wehner in Comment: Paurmeist: lib. 2. de Iurisdic. c. 6. n. 12. Lymna: de Iure publ. lib. 9. c. 3.

In eoq̄re Circulo existentes, tam Status, quam eorum subditi, conveniri ibidem possunt, nisi privilegium habeant exemptionis, quo casu si citentur, privilegium suum producere, vel semel productum allegare tenen-

Et

em re-
uisse
hoffge-
udicij
ut ef-
tor,
147.
Rott-
ratam
onem
t, Ju-
perpe-
z, qui
& di-
Wirt-
nens,
e Co-
rii Al-
is vo-
& tunc
enber-
Castii



tenentur, v. eò Abforderung vo-
cant, hocque hi faciunt, in contu-
maciam processus continuari solet,
Et sunt quidam casus, quos die Ehe-
haffinen vocant, in quibus avoca-
tio cessat, Lymnæ: di&. loc. num. 9.
Status tamen nonnulli etiam contra
die Ehehaffinen sunt privilegiati, ut
Archiduces Austriae, Dux Würt-
tembergiae &c. ut dixi in Thesaur-
pract. verbo Abforderung.

Porro Duces Sueviae certa quoque
Iudicia habuerunt, quae prouincia-
lia sive Landgericht appellata fue-
runt, eaque familiam extinctam, illa
Prouincialia Dicasteria ad Imperi-
um peruenierunt, & ab Impp. po-
stea Domui Austriae ad longissimum
tempus oppignorata, ac non ita pri-
dem tempus illud adhuc longius
extensum fuit, vocanturque hodie
das frey Kayserische Landgericht in
Ob: vñnd Nid: Schwaben / eiusque
Circulus describitur in p. 1. tit. 1.

Der

Der Landgricht Ord. habet que concurrentem Iurisdictionem cum omnibus Statibus in illo Circulo habitantibus, etiam ratione illorum subditorum.

At verò Iudicium illud per privilegia multiplicis exemptionis cum coaetatum esset, Imperator Rudolphus Secundus derogavit omnibus privilegiis nominatim, voluit que ut non valerent in den Ehehafftsfählen: id est in certis & nominatis casibus, ubi auocatio non habet locum, Landgrichtes Ord: p. 2. tit. 5. Sed grauis admodum disputatio est, an ab illis Iudiciis ad Cameram Imperialem prouocari queat, & Camera quidem tales prouocationes accipiat, citationemq; decernit, Austriaci verò Archiduces privilegia sua de non appellando etiam ad talia Iudicia extendunt, sententias ibi latas exequuntur, & Camerae Nuntios, contrarias citationes insinuantes.

g vo-
contu-
solet,
e Ehe-
avoca-
um. 9.
contra
ati, ut
Würt-
hesaur
uoque
nincia-
a fue-
a, illa
mperi-
p. po-
sumum
ta pri-
ongiùs
hodie
icht in
iusque
tit. 1.
Der

res, quantum fieri potest, impediant, & carceri etiam quandoque includunt, ut in tract. meo de appellat. hac de re pluribus egi.

Sunt porro & alia Iudicia provincialia V. G. das Landgericht zu Stoltena in der Landgraffschafft Meissenburg / das Landgericht in der Paar / quod spectat ad Fürstenbergenses Comites das Landgericht im Klectaw / quod pertinet ad Comites Sultzenses, sed illa Iudicia non Imperij, verum Comitum illorum propria sunt, nec latius se extendunt, quam ad subditos illorum Landgraviatum.

Mentis quoque subinde fit, des Westphalischen Gerichts / illudque olim maximæ authoritatis fuisse, ex eo apparet, quia quam plurimi Principes & Status contra illud sunt privilegiati, de hocque Iudicio, eiusque antiquitate, singularem Tractatum conscripsit Marquardus Grehert.

Hactenus de Iurisdictione imperato-

rato-

ratoris, Imperiiq̄ue Dicasteriorum,
nunc de administratione Politica,
ut agatur, requirit ratio instituti
nostri.

Sciendum autem est imprimis,
tempore Maximiliani Primi omnem
fermè Imperii administrandi vim,
ac potestatem penes Comitiam fuisse,
ideoq̄ue tempore ejusdem Impera-
toris in Comitibus Wormaticis
anno 1495. decretum fuit, ut Ele-
ctores, Principes, ac Ordines omnes,
quot annis statis temporibus ac lo-
cis conuenirent, & quæ ad pacem,
ac salutem publicam pertinerent,
consultarent, atq̄ue statuerent. Cum
verò uniuersi Ordines, absq̄ue in-
genti sumptu ac molestiâ commo-
dè toties conuenire non possent, &
eiusmodi sæpe negotia inciderent,
quæ absq̄ue insigni periculo, & de-
trimento Reipublicæ ad conuentum
eiusmodi differi non possent, pla-
cuit in Comitibus Augustanis anno

pedis
ne in-
bellat
quin-
Sto-
burg
d Ipe-
nites
quod
, sed
n Co-
ec la-
ditos
, des
adque
lle, ex
Prins
nt pri-
usque
tatam
ert.
mape-
rato-

1500. præter Imperatorem, vel ejus Legatum, viginti personas ex ordinibus eligere, quæ essent loco Senatus Imperialis, tit. 1. d. Decreti Augustani von den Zwanzigen / so zu der Königl. Majest. vnd des H. Reichs Regiment geordnet / & aliquot seq.

His ab Imperatore & Imperii ordinibus conjunctim plena potestas data fuit, administrandi pacem, & tranquillitatē publicam tuendi, Paurmeister lib. 2. c. 2. n. III. & seq.

Et hæc regimenti constitutio, etsi sub Carolo Quinto repetita, ac personis aliquot fuerit aucta, postea tamen in multis modificata, crescenteq; Caroli autoritate & potentiâ, planè in desuetudinem abiit, ut Scleidanus testatur.

Apud plerasque Gentes in usu fuit, conuentus instituere, atque salutis publicæ curam communi suffragio firmare. Ejusmodi autem Conuentus in Germaniâ olim Curias Regni,

CAPUT SECUNDUM. 193

Regni, Curias solennes, non solum
 in aurea Bulla, sed & in variis Im-
 perii Decretis antiquioribus hodie
 Reichstäg / Versammlungē der Reichs-
 ständ / à quibusdam Dietas, seu Tag-
 sungenen vocari in venimus, Lymnae:
 lib. 9. de jure publ. c. 1. à princ. Et hæc
 nil aliud sunt, quam conventus Cæ-
 saris, atque ordinum Imperii, ubi ad
 ipsius Imperii utilitatem deliberatio-
 nes instituuntur, & decreta atque
 ordinationes fiunt, quæ vulgo Re-
 cessus, siue Reichsabschied ideò vo-
 cantur, quia cum à se inuicem sece-
 dunt status, illa decreta publicantur.
 Comitiam autem indicit Imperator,
 cui tanquam capiti Imperii hocce re-
 servatum esse dignoscitur, ita ta-
 men, ut prius in illam jurisdic-
 tionem siue conuocationem consenti-
 ant, Imperii Electores, undè ferè in
 primordiis Recessuum Imperii, talia
 verba inueniuntur, darumb haben wir
 mit zeitigem Rath / Unser vnd des H.
 Reichs

3

Reichs

ejus
 dini-
 atus
 ugu-
 su der
 Reichs
 eq.
 rii or-
 estas
 n, &
 Paur-
 o, et si
 perso-
 tamen
 q; Ca-
 anè in
 nus te-
 in usu
 atque
 ni suf-
 n Con-
 Curias
 Regni,

Reichs Churfürsten/Geist- und Welt-
lichen einen gemeinen Reichstag auß-
geschriben.

Causa autem; tempus & locus, pro
necessitate & Imperij utilitate, ab Im-
peratore & Electoribus, ex arbitratu
constituitur, & sanè ea olim sat fre-
quentia fuerunt, ex inde que occasio-
nem sumpsit, Æneas Sylvius Epist.
72. & 92. ut diceret, omnes Germa-
norum Dietas esse fœcundas, ac quam-
libet in ventre habere alteram; ac
credibile esse, Dietas, cum si nomen
fœmininum libenter impregnari, &
frequenter parere, ut & Carolus
Quintus Imperator solitus fuit di-
cere, Dietam parere Dietam, & fi-
liam deuorare matrem, hoc est in
secunda Dieta sæpius retractari, quod
in prima sancitum fuit; verum enim
verò ut frequentia olim comitiorum
haud parum Germaniam debilitauit,
ita nostra ætate eorundem paucitas
turbidi & languentis Imperij, di-
scor-

scordiaeq; inter Status argumentum esse videtur.

Locum quod attinet Comitiorum ex Aurea quidem Bulla, c. 28. qui in Regem Romanorum est electus, primam suam regalem Curiam si nihil impediatur, Norimbergæ celebrare debet, subsequentiæ verò Comitiorum locus, & ubi indici debeant, ex arbitratu pendet Imperatoris, & quavis olim in Ciuitatibus Municipalibus, oder in den Fürsten-Stätten illa etiam fuerint habita, superiori tamen sæculo non nisi in Ciuitatibus Imperialibus & immediatis celebrata fuerunt.

Vocantur porrò ad Imperialia Comitia, tam Ecclesiastici, quam seculares Principes, immediatè Imperio subjecti, non tamen admittuntur illi Episcopi putatiui, Qui Religionem mutarunt, & contra Imperii Constitutiones, possident Episcopales ditiones Goldast: de Regno Bo-

Best
auf

is, pro
blm.

itratu
ut fre-

casio.
Epist.

erma-
uam-

; ac
omen

ri, &
rolus

it di-
& fi-

est in
quod

enim
orum

auit,
citas

di-
scor-

hemia, lib. 2. c. 16. n. 4. Capitulum, tamen sede vacante vocari solet, ac etiam Principes nondum ab Imperatore inuestiti, modò annus huic rei destinatus haud fuerit præterlapsus.

Et quidem solum vocantur illi, qui sunt capita familiarum, non verò omnes de familia, haud enim vota multiplicantur pro numero eorum, inter quos ditiones sunt diuisæ, aut si primogenitus solus ad Imperium vocetur.

Non in frequens tamen est, ut unus plura habeat vota, ratione diuersarum ditionum, Lymnæ: lib. 9. c. 1. n. 56. & ita olim Dux Württembergicus, votum habuit ratione sui Ducatus, aliud ratione Comitatus Montbelgardensis, adhuc aliud ratione Domini Weinpergensis, quod nunc ad Comitem in Trautmansdorf spectat.

Sunt tamen nonnulli Imperii subiecti

CAPVT SECUNDUM. 197

jecti qui ad Comititia non vocantur, aut vocati non comparere solent, ut V.G. Saubaudia & Mantua Dux, alii- que Italici Status, non quoque com- paret Lotharingia Dux, non etiam Bohemia Rex, Archiduces etiam Austriae & Burgundiae Duces priui- legium jactitant, vigore cujus etiam citati in Comititiis non comparere te- nentur.

Tredit quoque Lymna. dict. c. 1. n. 99. Imperatorem ad personaliter in Comititiis comparendum Ordines vocare posse, eosque comparere teneri, nisi absentiae legitimas habeant causas. Abbatisse tamen propter sexus pudorem excusantur, Ciuitatesq; Imperiales non nisi per Procuratores comparere queunt, Depu- tati autem omnium Statuum, legi- timum & plenum mandatum habere debent, ohne hinder sich bringen ut lo- quuntur.

Vocantur porro ad Comititia, etiam

I 3

iam

lum,
t, ac
mpe-
huic
terla-
ur illi,
on ve-
im vo-
o co-
t diui-
d Im-
ut u-
one di-
lib. 9.
Würt-
tione
Comita-
liud ra-
quod
nsdome
erii sub-
jecti

jam Comites, Barones, Ciuitates Imperiales, & Monasteria Immediata, non vero Nobiles liberi, *die freye Reichs Ritterschafft* / idque habent privilegii loco, ne scilicet onera Imperii in Comitibus decreta ferre cogantur.

Sed dubitantur an aliquando fuerint vocati, & ibi habuerint aduale votum; ubi sanè probabilius est. quod hoc non fuerit factum, quamuis enim olim Imperatores, cum Comitibus celebrarunt, omnes tam præsenres Magnates, ac etiam Nobiles, de ipsorum sententia rogârunt, omnis tamen auctoritas penes Imperatorem constituta fuit, & sic æque Nobiles ac Barones, maiorisque dignitatis Optimates haud votum decisivum, sed solum consultivum habuerunt.

Ab eo tempore verò, quo Modernus Comitiorum ordo obseruatus fuit, Nobiles nunquam vocatos legi

legi, nec aliud in Imperij actis inuenitur.

Comparentibus Statibus, Imperator, vel ejus locum tenens, Imperatoris Nomine proponit causas indicti Conuentus, Statibusque quod comparuerint gratias agit, post aliquot dies, instituuntur consultationes, & quidem per certas classes, quarum prima est Electorum, secunda Principum Imperij tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium, Prælatorum, item Comitum & Baronum, tertia Imperialium Ciuitatum. Classis autem secunda, in duo, ut vocant, scama est diuisa, & quidem Principes, Abbates, & Abbatissæ, Principali dignitate eminentes, vitium sententias dicunt, at Prælati non Principes in vniuersum duo tantummodo vota habent, unum Sueuici, alterum Rhenani. Comites quoque & Barones conjunctim duo tantum vota habent, unum Sueuici, alterum Wetter-

amici die Wetterawische vnd Schwä-
bische Graven vnd Herren/ Cuius ci-
uitatum duo itidem scamna obtinet.
die Rheinische vñ Schwäbische Banck/
Quando autem Status non co-ue-
nire possunt, Imperatoris est vota
facere majora, Lymnæ; lib. 9. c. 1. n. 8
autem est, quod nos mouetur hic
quæstio, an vota valeant majora,
qua de re Lymnæ; d. c. 1. n. 176. &
seqq. & ego quæque aliquid hac de
re dixi in tract. de Iurisdic. Imperij
Romani.

Ac sunt sanè nonnulli casus, ubi
vota majora singulis præjudicare
non valent, ubi nempe uniuersi &
singuli jus quæsitum habent, inter
eas autem res ex abundantia conces-
so, causas Religionis tanquam con-
scientiam concernentes non subja-
cere maioribus votis, hoc tamen
solummodo ad conscientia liberta-
tem, non etiam ad bonorum Eccle-
siasticorum rapinam & profanatio-
nem

CAPVT SECVNDVM. 201

nem est extendendum, si enim Scab-
tibus protestantibus concessum es-
set, arripere quæ placent, & jure suo
Catholicos privare, postea verò o-
mnem hac de re subterfugere cogni-
tionem, tunc illa ab iisdem semper
jactata æqualitas & libertas planè
deperiret, & Protestantium quasi
serui aut Dedititij Catholici status
essent.

Est porro alius etiam conuentus
ad Imperij salutem spectans, scilicet
Electorum, ij enim non solum occa-
sione Electionis, einen WahlTag in-
dicere, sed & de variis Imperij ne-
go-iis indicere Dietam possunt, einen
ChurfürstenTag vocant, & quidem
inuito etiam Imperatore, ac ex pri-
uilegio singulari in Capitulatione
Cæsarea repeti solito, Lymnæ: d.
c. I. n. 227. In hoc conuentu poste-
riori deliberari potest & solet de
causis grauissimis, in eoq̄ue etiam
conuentu Caroli Quarti filius Wen-

I s

ceslaus

hroa.
lis ci-
tinet.
Sanct/
o ue-
voia
I. n. n
or hic
ajora,
76. &
ac de
mperij
s, ubi
indicare
terli &
, inter
conces-
m con-
n subja-
tamen
liberta-
n Eccle-
fanatio-
nem

Weslaus Bohemiæ Rex depositus, Imperialisq; coronâ priuatus fuit, quem processum Goldast: in tom. 1. constitutionem Imperial. ex originali representat.

Est & conuentus Deputatorum, hoc est certorum quorundam Statuum, ad id destinatorum, in quibus expediuntur negotia, quæ in Comitibus non potuerunt expediri, & leuioris sunt momenti.

Est & conuentus Visitatorum Camerae, illius iudicii reformationem concernens, conuentus item circulatorum, vel omnium, vel aliquorum, vel singulorum, die Kräutze Tag / de quibus omnibus Lyonnæ: d. c. 1. num. 233. & seq. pluribus agit.

Restat nunc, ut aliquid de Regalibus, seu Juribus Majestatis dicam, tantummodo autem de illis, quæ Imperatori sunt reseruata, ne cum Statibus una cum territoriali Jurisdictione

atione

atione communicentur, & quæ vi-
gore territorialis Iurisdictionem Sta-
tus exercent.

Primò autem aliquid in genere de
Regalium natura dicam, ea quæ pro-
priè dicuntur jura Majestatis, quate-
nus scilicet sunt penes Imperatorem,
aliumuè Regem, aut Principem supe-
riorem non recognoscentem, qualis
est Rex Hispaniæ, Angliæ, & similes
aut etiam penes Rempublicam libe-
ram, nulli alteri tanquam superiori
subjectam, ut est Respublica Veneta,
Genuefis &c. Nam illi Majestatem
suo jure & à Deo habens, nec alteri
acceptam fuerunt.

Illam autem jura Majestatis à Dd.
nostris in Imperio imprimis Roma-
no Regalia dicuntur, quia nempe
Imperator tam in Iure canonico,
quam libris feudorum, Rex appelli-
tatur, & ea etiam jura, ratione pro-
prietatis ad solam spectant Majesta-
tem, & ita in Imperio Romano Im-

Im
quem
con-
ali re-
orum,
Sta-
quibus
Comi-
leuio-
orum
natio-
s item
vel ali-
Kraiß
vionæ:
aribus
Rega i-
tan-
æ Im-
m Sta-
uridi-
atione

peratoris ossibus quasi adhærere, & infixa esse reputantur, quo itidem respectu dici solet, in Imperio Romano Regalia solummodo habere Imperatorem, quia scilicet à nemine dâri possunt, nisi ab Imperatore, & quando aliis Statibus concedit illa Imperator, vel etiam per præscriptionem, quæ est quasi quædam tacita concessio, aliqui Status ea acquirunt, tunc non dicuntur jura Majestatis, quia nempe illi Status haud ea habent jure proprio; sed beneficio aut permissione Imperatoris.

Dicuntur tamen Regalia etiam rum, quando Statibus Imperij cum regia dignitate puta tanquam Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & Ciuitatibus liberis conceduntur, quia tunc illa jura cum tali eminentia habent, ut in suis territoriis pro Regibus reputentur, & tantum possunt in particularibus, suis territoriis, quantum Imperator in Imperio universo.

Porro

Porro Imperator Regalia quædam, siue jura Majestatis particulariter sibi reservat, & nunquam aliis concedit, unde etiam vulgo dicuntur *Keyserliche Hochheiten vnd reservaten* / & quidem talia reservata ea sunt, quæ pertinent ad universalem & Imperialem Cæsaris jurisdictionem, ut est, v. g. potestas generales leges ferendi, belli gerendi facultas, item nobilitandi, legitimandi, famæ restituendæ, Academias erigendi, vectigalia concedendi, nundinas, permittendi, & quæ totum Imperium concernunt, ac ita si in certo tantum territorio valerent, elusoria essent.

Et quidem illa Reservata interdum Imperator aliis concedit, puta Comitibus Palatinis, ut Dd. Bullatos prenunciare, Nobiles creare, famæ restituere, spurios legitimare, & similia possint: sed hoc tantum faciunt, ut Ministri Cæsaris eiusque Pro-

curatores, non jure proprio, cæte-
 ra Regalia vicissim quæ non sunt re-
 seruata specialiter aliquibus Impe-
 ator, & quidem Ducibus ac Prin-
 cipibus verè per feudum, Ciuitati-
 bus autem Imperialibus, & quibus-
 dam aliis Iure privilegij concedit,
 & inde etiam Regalia dicuntur, quia
 in suis territoriis iisdem tribuunt
 Regiam quasi potestatem, quæ po-
 testas communiter appellatur ter-
 rit rialis Jurisdictio, siue superiori-
 tas, die hoche Landsfürstliche Obrig-
 keit / oder die hoche Landis-Obrigkeite
 huicque territoriali Jurisdictioni,
 illa Regalia insunt, eamque subse-
 quuntur, quæ ad specialem terri-
 torij sui gubernationem necessaria
 videntur, indeque territorio cum
 Regia dignitate, als ein Fahn Lehens
 siue feudum regale concessio, Regalia
 simul tacite transeunt, ut est po-
 testas collectandi, mulctandi, pu-
 niendi, Statuta condendi, eaq; com-
 modo

modo fiscalia percipiendi, quæ Imperator sibi non reseruauit.

Quando autem ejusmodi Jura, puta merum Imperium & alia Jurisdictionalia alicui competunt Jure tantum Magistratus, siue Jurisdictionis, quatenus nempe Jurisdictionis in Jure nostro civili consideratur, tunc ea concessio mihi commune habet cum Regalibus, sed dicuntur tantum Jurisdictionalia Jura, quia non competunt eis Jure Regio, seu ut Principibus, *Krafft der Landsfürstlichen Obrigkeit* / sed tantummodo Jure Magistratus. | Hincque Magistratus municipales, die *Fürstenstätt* / ut etiam Comites, Barones, Nobiles, Landassii, si sunt, haud dicuntur habere Regalia, sed tantummodo Jurisdictionem, & ad eam spectantia Jura, illaque Jurisdictionalia, quatenus insunt territorio regia dignitate condecorato, Regalia sunt, quia sublimiori jure com-

ate-
nt re-
npe-
Prin-
itati-
ibus-
edit,
quia
uunt
a po-
ter-
riori-
Obrig-
igkeit
ioni,
subse-
terri-
essaria
cum
ehent
Rega-
est po-
i, pu-
com-
modo

competunt, sub titulo scilicet **Principis**, vel liberi Imperij Status, quam Magistratibus. E. G. jus Gladij **Der Blutbann** / sublimius est, cum illud habeat Imperij Princeps, quam si comperat civitati Municipali, hæc enim non potest pœnam mutare à jure præscriptam, non potest gratiam facere, habetur enim pro nudo administratore & executore Jurisdictionis illius, nec ideò clementior esse potest lege, vicissim Princeps Imperij **Krafft des Blutbanns** / hoc est, vigore meri Imperij, & Jurisdictionis criminalis, quæ ipsi competit territorij ratione, pœnam remittere, aut etiam aggravare potest.

Nunc reservata Imperatoris, à me alibi, non uno in loco explicata, pau. i. percurrat. Et quidem leges universales, quæ hodie Recessus Imperij indigitantur, ab Imperatore accedente Statuum Imperij consilio condi solent, idem etiam leges, & quidem

quidem eadem ratione iterum abolet, revocat, atque corrigit, sed hoc non impedit Imperatoris Majestatem, nam & usu omnium Provinciarum, quando Domini territorium statuta *ihre LandsRecht vnd LandsOrdnung* condunt, id fit cum contentu Primariorum Ordinum & Statuum, Ecclesiasticorum nempe, Nobilium & Ciuitatum teste Collero de processib: execut: p. 1. c. 3. n. 10. quemadmodum ergo id nihil derogat, eorum territoriali Jurisdictioni, ita quoque haud quidquam Imperatoris Majestati decerpit, quod idem fit in Imperialibus Recessibus sancendis.

Huc etiam pertinet legitimatio spuriorum, quæ majoribus Regalibus annumeratur, Novell. 74. c. 2. Nec ideo Ducibus, Marchionibus &c. competere censetur, Bocer de Regalib. c. 2. n. 112. & quidem hanc ob causam, quia solus Imperator jurisdictio-

110 P A R S S E C V N D A

dictionem habet uniuersalem, & ideò
 si alius Status subditum suum legi-
 tima et, illud non extra territorium
 valeret, esset autem absurdum, ali-
 quem in uno loco legitimum, in alio
 spurium esse, cum legitimatio indi-
 uidua sit, nec pro diuersitate loco-
 rum. Statuum autem iurisdictio ad
 territorium est restricta, & ita extra
 illud non valet, quod vi iurisdictio-
 nis agunt, eademque ratio est in Iu-
 re famæ restituendæ, quæ soli com-
 petit Imperatori; Quod verò atti-
 net protestatem circa pœnas, quæ-
 stio est admodum controuersa, an
 Imperator remittere possit pœnam
 ab aliquo Imperij Statu vigore sibi
 competentis Iurisditionis subdito
 impositam, & num Status Imperij
 ita ab Imperatore restitutos in terri-
 toriis suis tolerare cogatur, id quod
 Bocer. in tractat. de Iurisdict. rectè
 negat, cum Imperator Statuum Iu-
 risditionem turbare, & impedire
non

non possit, si eâ legitimè utatur.

Præterea potestas belligerendi, pacemque faciendi, & fœdera faciendi, ad solum Imperatorem spectat, qui eâ potestate adhibito ordinum consilio utitur. Status verò fœdera facere nequeunt, si ullâ ratione sint suspecta, quasi in perniciem Imperatoris & Imperii tendere possint. Arumæ: in tract. de Comitibus c. r. n. 27. & seqq. & Imperator etiam cognoscit, an tale fœdus sit permittendum, sicq; Rudolphus Secundus Imperator irritauit confœderationem, quam cum Belgis Madeburgicus Senatus faciebat.

Confiscatio item bonorum læsæ Majestatis reorum ad Imperatorem spectat, quia delictum illud imprimis Imperatorem injuriâ afficit, hincque Imperator sibi asserit confiscationem bonorum, feudaliū, si quis Vasallus medius à Statu nempè Imperii inuestitus crimen

Maje.

Majestatis committat , tunc enim
 Imperator , ut habeat suæ injuriæ a-
 liquam ultionem, haud permittere
 solet , ut Vasallus seu Dominus fun-
 di mediatus sibi applicet feudum ,
 sed Imperator alium ejusdem digna-
 tionis substituit Vasallum , quod ta-
 men num jure fiat , Status nonnulli
 jam olim in controversiam voca-
 runt , præsertim si Dominus quoque
 immediatus simul fuerit offensus ,
 ut multis deducit, Antonius

Guetta conf. 1.

* *

*



PARS

PARS III.

DE ENUNTIATIO-
NE MEMBRORUM IM-
PERII, DE EORVM QVE SIN-
gulorum Iure atque po-
testate.

CAPUT I.

DE VICARIIS IM-
PERII.

Accedo Deo benè iuvante
ad tractatum de Statibus Im-
perii, eorumque Iurisdictione,
hicque tractatus non
solum ob dignitatem, sed & maxi-
mè ob utilitatem, satis superque
commendare se videtur, qui enim
ejusmodi rerum ignarus est, Magna-
tibus nullo modo inferuire, non et-
iam

jam in Aula & forro cum reputatio-
 ne versari, non item in communi
 conuersatione Iureconsulti officium
 commendare potest, sed de eo non
 immeritò diceretur, turpe esse inge-
 nuo cuius jus in quo versatur ignora-
 re. Occurrunt autem inter mem-
 bra Imperii Vicarii Imperiales, id est
 ii Electores, qui nominatim vacan-
 te Imperio Romano, illud admini-
 strant, & quidem ob Anarchiam,
 rerumq; omnium confusionem quæ
 occasione inter Regni, sedeque Im-
 perii vacante subsequitur plerum-
 que, in omni Republica electiua
 consultum est certos constituere In-
 teregès, seu Imperii Vicarios, qui il-
 lud interim, dum post bonum Prin-
 cipem quaeritur alius bonus, admi-
 nistrent.

Et quidem de more aliorum Re-
 gnorum nihil hic dicam, cum id jam
 modo fecerim, in tract. de success. &
 Election: Reg. lib. 3, dissert. 4. At ve-
 rò

rò quod attinet Imperium Romanum communiter Canonistæ sedis Imperialis vacantis Prouisorem constituunt Pontificem Maximum per Clement. i. tit. de Iurejurando. c. ad Apostolicæ de sent. & rejudic. in 6. cum similib. Verum hoc intelligo tantum de inspectione, non de reali administratione; Ac quamuis aliàs capitulum sede vacante in administratione & Iurisdictione succedat, c. his quæ, c. cum olim, ex. de majorit. & obedient. Attamen non totum Collegium Electorale, sed solummodo Electores duo, Comes nempe Palatinus Rheni, & Saxonix Dux, in aurea Bulla Caroli Quarti tit 5. speciatim Vicarij sunt constituti.

Quæstio hic occurrit, de antiquitate horum Vicariorum, & num etiam ante Carolum Quartum hi duos talem habuerint prærogatiuam.

Et quidem Palatinum Electorem

Vica

Vicariatus eminentia gauisum fuisse, longo tempore antè Constitutionem Carolinam, urget Buxdorffius ad auream Bullam conclus. 56. & ad eandem D. Arumæ: discurs. 3. Adfunt qui Rudolphi Primi tempore Palatinos Jus hocce obtinuisse autumare solent. Alii Palatinos hoc Jus jam antè Ottonem Tertium promeruisse tradunt ut videre est apud Iustum Sinold: cognomento Schütz in tract. de Vicariis Imperii, conclus. 5. qui tamen cum Marquardo Freihero Palatinatui, non Bauariæ Ducatui Ius hoc infixum fuisse perperam scribit.

Fateor quidem Palatino Jus hocce competere, tanquam Iudici Imperatoris supremo, & majori Domus, ut vocant: sed indè non sequitur, Bauariæ Duces haud fuisse Palatinos, nisi respectu Rhenensis Palatinatus. Equidem Palatinatus Rhenanus minimè pertinebat ad Bauariæ

ria;

riae Duces, tempore quo hi jam erant Electores, adfuerunt nempe in Bauaria quoque Palatinatus & Palatinus Comites nempe Wittelspacenses, Schirenses &c. & olim Palatinatus Rheni, vel ipso Freihero in originibus teste, distractus, variis que Dominis subjectus, nec conclusum territorium erat, sed pariter ut Ducatus Württembergicus ex variis partibus coaluit, ibique late dominabantur Sueviae Duces, cum jam in Bauaria essent Electores, ita ut simul consistere non possit, Ius Vicariatus ab antiquissimo tempore Comitibus Palatinis competuisse, & Palatinatui Rhenensi annexum esse.

Saxoniae quod Electorem attinet, eidem competit jus hoc tanquam Palatino, als einem Pfalzgraven in Sachsen / constitutusque est Palatinus Vicarius in partibus Rheni, Sueviae, & ubi Ius Sueuicum sive Franconicum in usu est, Aurea Bulla d.

K

tit.

tit. 5. At quidem jus illud Suevicum hodiè incognitum usu est, sed tamen impressum exrat, sub titulo **Schwaben Spiegel** / Elector vicissim Saxonicus Vicarius est illis in locis, ubi Ius Saxonicum adhuc hodie valet, vel olim viguit, est que is singularis juris Saxonici defensor constitutus, **Albi- nus in der Meißnischen Cronick** / p: 1. tit. 16. **Heigius** p. 1. q. 4. n. 35. Unde cum **Carolus Quintus Imperator** constitutionem promulgaret generalem de successione patruelium in capta, ea que contraria esset Saxonico juri **den Sachsen Spiegel** / Elector Saxoniae intercessit, protestatusque se eam in suis Ditionibus recipere non posse, & sic hi duo Vicarij totum Regnum Teutonicum administrant, exceptis in locis, ubi Vicarij perpetui reperiuntur, quales sunt **Duces Burgundiae, Sabaudiae, & aliqui in Italia.**

Administrant autem Vicarij Imperium

perium, quando illud morte, aut resignatione vel aliter vacat, non enim prohibitum est Imperatori deponere fasces, arg. c. 1. de renunt. in 6. L. 20. ff. de Offic. Praesid. cum similib. Hocque fecit Lotharius olim Imperator, qui Monasterium Bromien- se est ingressus, itemque fecit superiori saeculo Carolus Quintus cum in Hispanicam solitudinem secessit, sunt etiam exempla, ubi Imperator solio motus fuit, ut Adolphus Nassovius, & Wenceslaus Bohemiae Rex, id enim ex causis gravissimis Electores facere posse dici solet: hoc tamen jus nonnulli perperam omnino adscribunt Comiti Palatino, & in eum sensum allegant Speculum Saxonicum lib. 1. c. 30. quod tamen in re tam gravi tantam auctoritatem non meretur, ut ei fidem habeamus. Nec etiam Bulla Caroli Quarti tit. 5. hanc opinionem firmat, pertinet nempe ea ad alies liras, quae impera-

nicam
amen
chwa-
axoni-
bi Ius
et, vel
is juris
Albi-
p: 1.
Vnde
perator
gene-
um in
Saxo-
/ Ele-
rotesta-
bus re-
o Vica-
um ad-
is, ubi
quales
udiae, &
rij Im-
perium

tori mouentur nomine contractuum,
vel aliàs ut priuato.

Porro quæstio incidit, an tales Vi-
carii suum officium exercere que-
ant, quando Imperator extra Ger-
maniam versatur, & quidem absur-
dum esse videtur, dicere tunc tem-
poris Imperium vacare, nec de eo
casu Aurea Bulla, ullam facit mentio-
nem, ideoque rectè tradit Arumæ. ad
d. Aur. Bull. tit. 5. quod si Imperator
vel Rex Vicarium constituat, is hisce
sit præferendus, at quando sine di-
spositione discedit, tunc ordinario-
rum illorum Vicariorum incipere
potestatem. Ac sanè in Historiis
antiquioribus sæpè fit mentio Impe-
ratorum extra Germanicam abeun-
tium, ut Maximiliani Primi aliorum-
que, sed de hiscè Vicariis silentium
ubique est altum.

Porro autem vacante Imperio ho-
rum Vicariorum sub directione Iu-
dicialia Imperialia exercentur: & sic post
Matthiæ

Matthiæ Imperatoris mortem in Camera Imperiali, utriusque Vicarii nomine, sub eorumque communi sigillo processus expeditos vidi. Puto tamen Vicarios illos ea inprimis expedire posse, quæ non patiuntur moram, nec suspendi queunt, usque dum alius Imperator eligatur, id quod probare videtur Aurea Bulla tit. 5. ubi etiam hoc habetur, quod feuda Regalia, vulg. *Sahnen Lehen* indigitata, conferri per investituram solennem nequeant, nisi à solo Imperatore, & quoque gesta horum Vicariorum Electus postea Imperator antè omnia ratificare tenetur, sitque hæc confirmatio sub religione juramenti, quo novus Imperator ad Capitulationem se astringit, non tamen illa confirmatio extenditur ad ea, quæ perperam ab illis Vicariis gesta fuerunt, extra limites scilicet officii sui, sicque cum mortuo Rudolpho Secundo Imperioque va-

atum,

les Vi-

e que-

a Ger-

absur-

nc tem-

c de eo

mentio-

imæ. ad

perator

is hisce

sine di-

dinario-

cipere

istoriis

o Impe-

abeun-

liorum-

entium

erio ho-

ione lu-

c sic post

Matthiæ

canre Palatinus Vicarius in Imperiali Ciuitate Aquisgranensi multa in fauorem hæreseos Calvinianæ innovasset, id postea irritatum fuit.

CAPUT II.

D E R E G E R O -
M A N O .

Olim Imperatores actu imperitantes Augusti, Cæsares verò iudicti fuere, qui erant certi & destinati Imperii successores, quales hodiè vulgò Reges Romani indignantur.

Quamvis autem controversa admodum disputatio inter Politicos existat, an viuentis Rege Electiuo ad pericula interregni euitanda, certus destinari debeat successor, qua de re iam egilib. 3. de success. & elect. reg. In Imperio tamen Romano iam ab Augusti sæculo subinde etiam viuentis Imperatore aliquis nominatus fuit,

fuit, qui succederet eidem, sic enim est de Tacito lib. 1. Annal. Octavianus Augustus, adhuc vivens Tiberium aliosque substituit successores, ne ipso mortuo Respublica certo Governatore careret, hocque pro fulcro Regni, & Dominationis habuit, talemque Regem designare in Imperio etiam Romano Germanico, tam ante, quam post Auream Bullam usitatum fuit, & quidem cum adhuc in Italia, ac etiam in Græcia residerent Imperatores, semper elegerit Imperator successorem pro libitu, non Senatu, vel alio refragante. At tamen secundum statum modernum hoc non censetur esse situm in potestate Imperatoris, qui quidem petere potest; ut sibi Successor subrogetur, sed hoc fieri debet consensu & mediante solenni electione Electorum, quemadmodum nuperum testatum fecit exemplum.

Et inde olim Saxoniarum Elector-

K 4

cate-

Imperia-
ulta in
e inno-

O-

Imperi-
verò iū
lestina.
hodiè
antur.
rsa ad-
liticos
tuo ad
certus
a de re
et. reg.
jam ab
viven-
natus
fuit,

cæteriꝛue potestantes intercesserunt, cum Carolus Quintus propria quasi auctoritate sibi destinare vellet Successorem Regemꝛue Romanum, nominaret Ferdinandum, hoc enim contra legem, libertatemꝛue Imperij & contra pacta, quibus Reipubl. esset deinctus fieri prætenderunt, ut videre est apud Schleidan. lib. 7. ad finem, a sedò ut inter causas rebellionis Smalcaldicæ, vel præcipua hæc ipsa fuerit, ut patet ex Hortleirero von dem Teutschen Krieg.

Vicilia lapera: or prohibere nequit, quo minus ipso etiam inuito, Regem & Successorem nominent Electores, ita enim cauetur in Capit. Francofurtensi, Ferdinando Secundo præscriptum art. 34. hiscè formalibus verbis: Wir wollen die Churfürsten zu jeder Zeit/ bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs bleiben lassen / dieselbe so offte sie es einent Keyser zu behueff/oder sonst in dem H. Römi.

Römischen Reich nothwendig vnn-
 nusslich befinden / auch zu Lebzeiten ei-
 nes Römischen Käysers / mit / oder
 wann derselbe auff eingelegte Bitt der
 Churfürsten ohn gemugsam erheblichen
 Vhrsachen verwaigert werden solte /
 ohne einiges regierenden Käysers con-
 sens fürzunehmen. Paurmeist. de Iuris-
 dict. lib. 2. c. 5. n. 16.

Cæterum in Regem Romanum
 viuo Imperatore lectum si quando
 sedes Imperii vacare contigerit, ipso
 Jure potestas Imperii transit, ac et-
 iam titulus Imperatoris, Rencking.
 lib. 1. class. 3. c. 14. n. 6. Et ita et-
 iam Paurmeist. dict. lib. 2. c. 1. n. 3.
 meminit in Comitibus Ratisbonensi-
 bus anno 1576. ipso momento in-
 tellectæ mortis Maximiliani Secun-
 di Imperatoris inscriptionem adium,
 in quas Rex Romanorum Rudol-
 phus diuerterat, deletam, & loco
 Ihr Römische Königliche Maiestät
 subjectum fuisse, Ihr Römische Käy-
 serlich

R 5

serlich

Terunt,
 à quasi
 et Suc-
 m, no-
 enim
 imperij
 ubl. ef-
 nt, ut
 o. 7. ad
 bellio-
 ua hæc
 leirero
 ere ne-
 inuito,
 minent
 Capir.
 Secun-
 forma-
 Chur-
 r freyer
 igs blei-
 s einent
 dem H.
 Römi-

serlich: *Majestät* quartit.

Regem autem Romanorum, quamdiu Imperator vivit, *Majestatem* non habere, jam alibi dictum est, sed tamen Imperij Vicarius legitimus est, ordinariamque Jurisdictionem absente Imperatore habet, verum hac ratione, ut omnia sub directione, & coërcitione ipsius Imperatoris agat, ut tradit Paurmeist. lib. 2. de Jurisdic. c. 5. n. 3. & idem etiam apparet, per contractum inter Carolum Quintum & Protestantes Schweinfurti initium anno 1532. quem refert Schleidan. lib. 8.

Rudolpho item Secundo, Maximiliano Parente adhuc viuo, Rege Romanorum electo, præscripta fuit formula in hunc sensum. Wir sollen vnd wöllen vns auch keiner Regierung/ noch administration im H. Römischen Reich wider oder anders vnderziehen/dann so viel Uns dessen von
König

Keyserlicher Majestät vergunt / vnd
 zugelassen wird: daß wir auch Ihre
 Keyserlichen Majestät die Zeit Ihres
 Lebens ohn ihrer Hochheit noch Wür-
 den des Keyserthums kein Irrung
 nach Eintrag thun sollen oder wollen.
 Arumæus de iure publ. vol. 2. dilcars.
 24. n. 126.

CAPVT III.

DE AVGVSTA,
SEV CONIVGE IMPE-
RATORIS.

AVgusta est Vxor Imperatoris, ea-
 que quamuis legibus non sit so-
 luta, princeps tamen eadem illi pri-
 vilegiæ tribuit, quæ ipse habet,
 L. Princeps 31. ff. de Legib. & confert
 huc L. 6. ff. de Iure filii, L. 3, C. de
 40. annor. præscript. & quidem
 quid inter potestatem absolutam,

K 6

&

& privilegia principalia interfit, in synopsi mea politica lib. 1. c. 2. dictū fuit. Ac sanè ut privaræ mulieres honore maritorum coruscant, illorum focum atque dignitatem consequuntur, L. fæminæ 8. ff. de Senator: L. mulieres 13. C. de dignitat. lib. 12. multo certè magis Augusta tantò Viri fulgore illustrari & erigi debet, ut dixi in Oeconomia, tit. 3. & 4. lib. ff. n. 7. ad fin.

Potestatem verò obsolutam conjugii communicare, imperandi & Status ratio non admittit, & culpatur eo nomine in primis Imperator noster Justinianus, quod Theodoræ conjugii ex vilissima & infami procreata stirpe, fasces Imperij communicavit, ut ex Nouell: quibusdam apparet.

Propter privilegia autem Augustæ competentia, Imperatorum Vxo- res coronari cœperunt, quin & in Imperio Orientis subinde Imperatore

tores sua manu diademata conjugibus suis imposuerunt, hodierno vero tempore eadem forma, idemque ritus in coronatione Augustæ, qui in Imperatoris, pauculis immutatis, observantur, Goldast. in den Politischen Reichshandlungen. p. 4. tit. 1. Augustæ pariter ut eo magis ad Majestatis accederet splendorem, Cancellarius perpetuus coronatus est Abbas Fuldenfis, Principis Iure gaudens, qui ideò magnis etiam Principibus eo nomine sessionis litem olim aliquoties etiam movit, ut in tractatu de præcedentiâ dixi.

Habet denique Augusta Archicellarium, Abbatem nempe S. Maximini in urbe Treuirensi ut refert Augustus Fischerus, in tract. de Elect.

& Coronat: Imperatoris
ad fin.

K 7

CA,

t, in
dictū
alieres
illo-
onse-
nator:
ib. 12.
tantò
lebet,
4. lib.

con-
& Sra-
alpatur
or no.
odoræ
i pro-
mmu-
am ap-

Augu-
n Vxo-
& in
npera-
tore

C A P V T I V.

DE SVBDITIS IM-
PERII QUI IN NVME-
RVM STATVVM NON
SVNT RELATI.

DVplices Imperij subditi sunt, quorum aliqui Imperij Majestatem communiter solum observant, & quoad necessariam onerum contributionem, & omnimodam subjectionem à corpore Imperij quasi sunt avulsi: Ac tales in Germania non solum, sed & in Italia, Galliaque complures olim fuisse, id argumento esse potest, quod Imperator Romanus tres Archicancellarios habet, & Archiepiscopum quidem Moguntinum per Germaniam, Coloniensem per Italiam, & Treuirensis per Gallias.

Nihil

CAPVT QVARTVM. 231

Nihil autem hic dicam de iis Pro-
uinciis, quæ olim Imperio Romano
etiam tunc temporis, cum illud jam
ad Germanos delatum esset, subditæ
fuerunt, ut est Regnum Arelatense,
insignis ille Comitatus Delphina-
tus, Dani etiam, Poloni, aliæque Pro-
uinciæ, quibus eo nomine Impera-
tor litem non movet, sed attingam
solummodo eos, qui adhuc pro sub-
ditis imperij habentur, haberive pos-
sunt.

Inter hoc in primis occurrit Bo-
hemiæ Rex, cujus quippè Regnum,
quamuis in circulis illis, in quos Im-
perium est digestum atque partitum,
non comprehendatur, Romani ta-
men Imperij Prouincia censetur,
vnde & Ottocarus bellicosus ac po-
tens Bohemiæ Rex, quia Imperata-
facere renuerat, à Rudolpho Primo
Habsburgensi compulsus est, ut o-
missis Austriacis quas inuaserat Pro-
uinciis, de Regno Bohemiæ ac illi
subje-

Nihil

subjectis ditionibus, Silesia, Lusatia,
 & Moravia, homagium faceret, ac
 Juramentum solenne præstaret, la-
 tius in Genealogia Austriaca lib. 1.
 c. 11. Et cum Rex Bohemiæ Elector
 & Imperii sit Archipincerna secun-
 dum Andream Bullam c. 26. Inde se-
 quitur eum Imperii esse membrum,
 ac de toto corpore, ejusque summo
 Imperio participare, idque pluribus
 probat Goldast: in tract. de Jure Re-
 gni Bohemici.

Illud tamen Regnum Constitutio-
 nibus & recessibus Imperii non est
 subjectum, & alia item privilegia
 immensa habet à Carolo Quarto in-
 primis procurata, unde & Egnatius
 in historia Caesarum ait, Carolum
 Quartum rem Bohemicam mirum
 in modum auxisse sed exemplo ma-
 ximè improbandum: Inter alia au-
 tem privilegia prætenderunt nuper,
 cum adhuc essent Rebelles, ut se ha-
 bere Regem eligendi, quem in sen-
 sum

sum adduxerunt Aureæ Bullæ c. 7. quod tamen ita est intelligendum, ut linea Regum deficiente, regnum illud non deferatur ad Imperatorem, nec Imperator aliam lineam substituere possit, prout in cæteris Electoribus fieri solet: Sicque Caroli Quarti familia Lucenburgica scilicet pactum hereditarium iniit, cum Austriaca familia, & vigore huius pacti deficientibus Posteris Caroli Quarti, Austriaci ad Regnum peruenerunt: & nuper etiam omnis controuersia sopita, & Iure victoriæ Regnum illud planè hereditarium factum fuit. Subinde etiam Imperatores Romani Bohemix Reges non aliter pro talibus agnouerunt nisi Imperiali conformatione præcedente, ut Exemplis aliquot probaui in tracta. de Imperiis subalt: fol. 88.

Teutonicus ordo Pontificum, Cæsarum, & Imperij Principum auxiliis, continuato bello per annos
ferè

isatia,
ret, ac
et, la-
lib. 1.
Electo-
secun-
nde se-
brum,
summo
uribus
ure Re-
stitutio-
non est
uilegia,
arto in-
gnatus
arolum,
mirum,
plo ma-
alia au-
t nuper,
us se ha-
in sen-
sum

ferè 13. in suam potestatem Borussiam redegit, eam ad Religionem Christianam deduxit, Episcopatibus item aliquot, & Collegiis decoravit, arces etiam & Urbes in eâ construxit, ut esset iis in locis, veluti murus, atque propugnaculum Imperij & Nobilitatis Germanicæ refugium, idque factum fuit antè annos 400. Hi autem Equites Theuthonici semper hostes infestos experti sunt, Poloniae Reges sibi vicinos, & viguit sanè diu inter Polonos & Borussiae Magistros bellam, sæpeque pace rupta recruduit, donec Albertus Brandenburgicus ultimus ordinis Magister iis in locis, qui que paulò antè, Comitibus Imperij interfuit, & ibi inter Principes Imperij locum obtinuit, anno 1526. Augustanæ Confessionis Asseda seu Professus Vxorem duxit, & Regi Poloniae se in Clientelam dedit, simulque à Religione & Voto Ordinis, Imperioque delci-

desciuit, & Borussiam cum Poloniae Rege diuisit. Fecit autem hoc Albertus eo quidem sub praetexta, quasi ab Imperio desertus non se defendere potuerit contra Polonos, reuera autem detestandum facinus Apostasiae hac ratione colorare voluit, & hoc quidem attentatum in omnibus subsequens Comitibus saepedicti Ordinis Magistri oppugnarunt, & ut Borussiae ille Princeps novus Imperii banno notaretur, effecerunt: ac de huius banni executione haecenus Germaniae Status desperarunt, ejusque rei acta Comititalia congeffit Goldast. tom. 1. der Reichshandlungen. Mox autem Borussiae Exemplum secutus est, Liuaniae Magister, qui tum erat ex familia der Kettler in Westphalia, cujus Posterii hodie sunt Curlandiae Duces.

Helvetiae & Alpinae Rhetiae vulgo die Schweizer vnd Graubindner ab omni antiquitatis memoria Imperii

Borus-
gionem
patibus
oravit,
onstru-
murus,
erij &
ugium,
os 400.
ci sem-
t, Po-
viguit
orussiae
pace
Albertus
ordinis
paulo
uit, &
locum
ustanae
ofellus
oniae se
a Re-
tioque
delci-

perii Romani membra fuerunt, nec ab initio ejusdem jugum excutere sunt ausi, sed solummodo ea, quæ obtinuerunt ab Imperio privilegia atque immunitates contra Nobiles, aliosque Magnates, qui & armis se defendere prætenderunt, exemptionem tamen à Judicio Aulico Cæsariano Camerali, & Rottwillensi, libertatem item foederationem. & immunitatem ab omnibus oneribus Imperio Romano debitis paulatim urgere cœperunt, sed tamen aliquândiu & eò usque Imperium Romanum agnouerunt ex parte, donec triste dissidium Religionis inualuit, ex quo jam liberi & absoluti Status esse volunt, & adhuc pro talibus se gerunt, ut dixi in tract. de Imperiis subalternis fol. 184. & seq.

Burgundiæ Ducatus, sub quo Burgundiæ Comitatus vulgo La franche Conte, siue liber Comitatus, & 7. Belgii Prouinciæ continentur, peculia-

culiaris est circulus, Imperii Romani, Reichsabschied zu Nürnberg anno 26.

Burgundiæ item Dux sub tutela & membris Imperii comprehensus in Comitibus votum atque sessionem, sicut Archidux Austriæ habet, Assesorem item in Camera præsentat, & nomine sui Ducatus contribuit, quantum duo Electores, in Turcicâ expeditione verò quantum tres Electores præstat, ac si contribuere cesset, contra eum in Camera Imperiali fiscali processus decernuntur, in reliquis autem à Jurisdictione Camerae Imperialis est exemptus, idque vigore Transactionis Burgundicæ anno 48. in Comitibus Augustanis inter Carolum Quintum Imperatorem & Status Imperii erectæ, ac postea anno 60. confirmatæ, Imperiique recessibus insertæ, inde apparet, libertatem Bellicarum Provinciarum debili omninò niti fundamento, aut enim
ex

ex eo, quod à Principis sui Imperio Iure vel injuria cexemerunt. Romani Imperii ius potuit debilitari.

Lotharingiam porro Imperii Romani Prouinciam esse, doceo in tract. de appellat. habeturq; in tom. 6. Symphorem. c. 2. §. 3. quod ille Princeps ferè in totum sit liber, & ex parte tantum recognoscat Imperium Romanum, quod idem ferè dicere licet de Comitibus Sabaudiaë, qui à Cæsare Sigismundo dignitatem Ducalem consecuti, Imperii Principes semper extiterunt, quemadmodum etiam Dux Sabaudiaë vi hujus superioritatis Cæsarianaë anno 1525. banno Imperii notatus fuit, eundemque Vasallum Imperii esse probat Bodinus lib. 1. de Republ. c. 9. & Imperatorem pro Superiori recognoscere fatetur Menoch. cons. 2. n. 104. idemque tradit Cardin. Tusch. lit. B. conclus. 819. vnde & Sabaudiaë Comites jam olim quatuor

CAPVT QVARTVM. 239

tuor Imperij Comitibus accensentur, & antè annos 100, adhuc in Civilibus causis ad Cameram Imperialem ex Sabaudia appellabatur: Est- que Dux Sabaudia Vicarius Imperij, sed pro sua Religione Homagium semper præstitit Imperatori, idque Carolum Quartum miris & submissionem infamam denotantibus ceremoniis à Sabaudis recipisse memorat Pacatus in histor: Sabaudica gallicè conscripta fol. mihi 312. & seqq.

Italiam quod attinet, eam ad Imperatores Germanos, magna ex parte spectasse, historiae etiam Italorum attestantur, inprimis Caroli Sigonij, quam de Regno Italico conscripsit, hincque item Maximilianus Primus Cæsar in Diplomate anno 1507. Principes Imperij nominat Sabaudum, Pedamontanum, Monferracensem, Mantuanum, Ferrariensem, Mediolanensem, Florentiam

tiam item, Pisas, Lucam, Senas, ad Imperium sine medio pertinere scribit, & quod Principes ac Ciuitates Italiae nullo modo exemptionem ab Imperio, Iure prætereendere possint, pluribus edocere conatur Ioan. Paul. Windeck in tract. de Elector. c. 23. p. 11. Nec Venetos etiam & Genuenses excludit, quod & facit Doctor Martha in tract. de Iurisdic. lib. 1.

CAPUT V.

DE STATIBVS IMPERII IN GENERE.

Subditi absolute Imperio subiecti, vel sunt Status, vel extra numerum Statuum constituti, Imperio tamen immediate subditi, quales sunt Nobiles liberi & Monasteria nonnulla,

nulla, & quidem Status Imperij quod
 attinet, ij sunt, qui Cæsaris, & com-
 muni Procerum Imperij consensu, in
 Album siue Matriculam Imperij re-
 cepti, & in Comitibus suffragium ha-
 bent & occurrente necessitate cer-
 tum censum in Matriculâ expressum
 persolvunt, vel subsidium militare
 præstant; Gail. lib. 1. obser. 21. n. 2.
 Theodor. Renching de regimine sa-
 culari class. 4. c. 1. n. 2. Peurmister
 de Iurisdic. lib. 2. c. 6, à princ. Status
 autem Imperij forma, & quasi sub-
 stantia in eo consistit, ut quis Ius ses-
 sionis habeat in Comitibus, soliq; Im-
 peratori sit subditus, & alium Supe-
 riorem non recognoscat, Gail. de
 arrest. c. 6. n. 25, Matth. Wehnerus in
 pract. obseruat. verbo, Stand des
 Reichs/Reichsabschid de anno 48. S.
 wann auch.

Dubitatur hic, an requiratur ad
 Status constitutionem, ut habeat

L

ter-

s, ad
 e scri-
 nitates
 em ab
 ossint,
 Paul.
 . c. 23.
 & Ge-
 facit
 isdict.

IM-

bjecti
 nume-
 rio ta-
 les sunt
 ia non-
 nulla,

territorium cum omnimoda Iurisdictione & Regalibus condecoratum, & ut id immediatè ab Imperatore & Imperio regnoscat, quod sanè affirmat Gail. dict. obseruat. 21. num. 9. Wehnerus in verbo, **Stand des Reichs**. Et quamuis hoc negat post Renching Albertus Maurius in tract. de Statib. Imperij c. 1. eò, quod hac in re consideretur maximè originis ratio, an nimirum origine sit Status, non autem an bona immediatè habeat sub Imperio, & quod distincta sint Status Imperij & Iura territorij, quodque subiectio immediata sine territorij Iure subsistere queat, ut vult Author Decision: Cameral: in verbo, **Status Imperij** Andr. Knichen in Velitatione Apologetica num. 13. huiusque rei exemplum, præbere potuerunt Comites Tubingenses, qui Statibus Imperij accensentur, in Recessuum Imperialium subscriptionibus numerantur, quamuis nullum im-

immediatum territorium possederint, sed eorum bona Austriacis Archiducibus sint subiecta : Verum tamen nemo unquam pro Statu Imperii habitus fuit, nisi vel jam, vel olim possederit territorium immediatū, & Regalibus condecoratum, suntque Comites Tubingenses, cum ipsorum stirps adhuc vigeret, in memoriam priscae dignitatis Statibus annumerati, habuerunt enim in Sueuia multa territoria, habitique sunt pro Comitibus Palatinis; ex quo sequitur Principes vnus familiae multos, omnes quidem Imperatori mediatae subditos sed non Status esse, simul sint Principes regentes, illi enim solum votum & sessionem in Comitibus habent, alij autem non regentes, die abgetheilte Brüeder / ut vocant, Statibus non annumerantur, neque ad Comititia vocantur.

Subinde autem contingit dubitare, an aliquis Imperii sit Status, Im-

perioque immediate subjectus, an
 vero subditus alicujus Principis, ein
 Landseß/ eoque nomine tam in Aula,
 quam in Camera Imperiali infinitæ
 lites subinde oriuntur, dum nem-
 pè quaeritur, an Comes, Baro, Nobi-
 lis, Ciuitas, vel Monasterium, Prin-
 cipis alicujus territoriali Inisdictione
 subjiciatur. ob er ein Landseß' sey / an
 vero Imperio Romano immediate
 subditus existat, qua de re publica
 acta prostant inter Hassiæ Principes
 & Comites Waldeckenses, inter Ar-
 chiepiscopum Treuirensē, & Co-
 mites de Vallenthal, inter Ciuitatem
 Freibergensem & Burgrauios illius
 loci, in quibus certè actis exactissimè
 disputatur, enodaturque quæ requi-
 rantur, ut aliquis dici mereatur sub-
 ditus Imperii immediatus aut Impe-
 perii Status.

Probatum autem aliquem Statum
 Imperii esse, ex Matricula Imperii,
 auß der Reichs Matricul, id est ex
 illa

CAPVT QVINTVM 145

illa tabula, quæ authoritate publicâ
 conscripta & vulgata est, anno 1521.
 & in qua Status Imperii enumeran-
 tur. Mindanus lib. 2. de Processib. c.
 67. n. Renching. class. 4. c. 1. n. 4.

Quamvis autem Matricula hæc
 in controuersiam uocetur, ac qui-
 dam dicant, in ea nonnullos conti-
 neri, qui ipso facto Status non sunt,
 aliquos verò omisos esse, qui in an-
 tiquioribus Matriculis, quæ apud
 Goldast: Lymnæ. in Actis Brunsvi-
 censibus, & in aliis extantibus con-
 tinentur. Certum tamen est, dict.
 ann. 21. renouatam inducere præ-
 sumptionem pro & contra, quæ onus
 probandi aduersario imponit, hoc
 est Statum Imperii esse, qui illam
 Matriculam recentum est relatus,
 vicissim pro Statu Imperii præsum-
 ptiuè non habendum, qui ibidem
 est omisos, hocque communem
 opinionem esse attestatur Thilman-
 nus in Symphorem: tom. 1. p. 2. tit.

L 3

20. n.

, an
 . est
 Aula,
 finitæ
 nem-
 Nobi-
 Prin-
 tione
 / an
 ediatè
 publica
 ncipes
 er Ar-
 e Co-
 ratem
 illius
 issimè
 requi-
 ur sub-
 Impe-
 ratum
 perii,
 est ex
 illa

20. n. 14. voto, 4. Manlius de Statibus Imperii c. 2. Idque per Recessum Imperij zu Wormbs anno 21. §. vnd wir sekund / Item Reichsabschied zu Augspurg/ anno 40. §. wiewol des H. Reichs/ Reichsabschied/ de anno 94, §. hernach. ubi sancitur, quod si Matricularum Imperii diuersitas appareat, illam de anno 21. esse recipiendam.

Probatum porrò aliquem Statum Imperij esse tam ad confirmationem Matriculae, quam contra illam, si quis ab Imperatore feuda, & regalia recognoscat, Gail, lib. 1. obser. 21. n. 9. si per edicta Caesarea ad Comitua Imperialia saepius fuerit vocatus, eamque citationem accepãrit, licet non comparuerit, Manlius de Statibus Imperii d. c. 2. n. 6. Et adhuc magis, si sessionem & votum in Consilio Imperiali habuerit. Reichsabschied anno 48. §. wann auch ein außgezogener/ ac si recessui Imperiali aliquando subscripserit.

Insu-

Insuper probat immedietatem scilicet
 latio Imperialium Collectarum, aut
 ad Camerae sustentationem spectan-
 tium. Haec similis est, si quis ad
 conventus circulares zu den Kreys-
 tügen fuerit vocatus, Metchiner de-
 cil. 6. tom. 3. fol. 78. probat iudem
 immedietatem, si quis coram Cæsa-
 re, Camera, vel Austregis, non coram
 alio aliquo Principe fuerit conven-
 tus, si mandata in Camera imper ali
 contra emanarint, talia enim ma-
 data non contra alios, nisi immedia-
 tos pronunciari vel decerni soleat.
 Kammergerichts Ordnung p. 2. tit. 1.
 aut si alicui, vel ius majoribus Tu-
 tores in Camera fuerint dati, aut con-
 firmati, aut etiam venia aetatis con-
 cessa, Manlius dict. c. 2. n. 14. & seq.
 aut si appellationes ab alicujus sen-
 tentiis, vel dicasteriis immediatè ad
 Cameram, non verò ad Principem,
 vel alium Statum fuerint directæ &
 acceptatæ,

Propterea autem tam anxie disputatur, num aliquis sit Imperij Status, vel Imperio immediatè subditus, qui ut Landsassij infinitis oneribus sunt subiecti, ita pariter Status & immediatè Imperio subditi insignia privilegia habent, talia quidem, ut in suis territoriis ipsum Imperatorem repræsentare dicuntur. Hincque vulgatum axioma est, Status Imperij in suis territoriis omnia iura fiscalia & regalia habere, & tantum sibi posse, quantum Imperator in Imperio uniuerso, Manlius dict. tract. de Statib. Imperij c. 3. quod tamen intelligendum est, exceptis iis, quæ Imperatori in signum præeminentiæ, & uniuersalis Iurisdictionis, quam propriè Majestatem vocant, specialiter reseruata reputantur, quamuis enim ut dixi respectu suorum subditorum latissimam habeat potestatem, interim tamen sunt & manent subditi, & Vasalli ligij Impera-

Imperatoris, ut docui in tractatu de Statu subalterno c. 3. ubi refero iuramentum Vasallitium, quod Imperatori Principes præstant, quodque ita est comparatum, ut simul importet subjectionem. daß sie nemlich dem Römischen Kaysen / vnd dem Heil. Reich / treu / hold / gehorsamb / vnd gewertig / auch nimmermehr wissentlich in dem Raht seyn sollen noch wollen / da etwas wider der Kaysenlichen Majestät Person / Ehr / Würden / vnd Stand gehandelt oder fürgenommen wird / noch darein bewilligen / oder befehlen.

Ac quamuis non omnia territoria feudalia sint, sed quædam allodialia censeantur, ut & ciuitates Imperiales Iure proprio habere uideantur suam Iurisdictionem, imò Regalia quoque præscriptione acquirantur, Rosenthal de feudis c. 5. conclus. 16. n. 4. & seq. Attamen nihilominus ubique salua manet Imperatoris, Imperiique superioritas,

tas, ac Iure priuilegii, & ut præscrip-
 tionis, si quis regalia habeat, is illa
 eâdem possidet conditione, ac ii, cui
 illa competunt Iure feudi, & diffe-
 rentia solum est in eo, quod talis
 Vasallus regalia habens ad posteros
 ea transmittit Iure successionis feu-
 dalis, quodque tale feudum familiâ
 deficiente ad Dominum feudi redit,
 quod non fit in eo, qui Regalia ha-
 bet præscripta, aut allodii Iure, sed
 nihilominus etiam hi, imò etiam
 ii, qui regalia præscripserunt, ea
 ab Imperio recognoscunt, ut & Im-
 perium merum *der Blutbann* omnes
 Status Imperii habent, idque sub
 gravissimis conditionibus ut appa-
 ret ex iuramento, quod Status Impe-
 rii illius ratione præstant, quale ju-
 ramentum relatum est in meis consi-
 lliis, uhi simul disputo, an si terri-
 torium sit allodiale, & ad fæminas
 perueniat, num Regalia vel *der Blut-
 bann* penes Masculos debeat rema-
 nere:

neres

nere: aut si tale feudum in nudis Re-
 galibus consistens ad Imperatorem
 redeat, num Imperator alteri illa re-
 galia concedere possit, quam ei, ad
 quem territorium spectat Iure here-
 ditatis? Quæ quæstio mota pariter
 fuit in celebri causa Mündelheimen-
 si, & sanè magis est ut dicamus rega-
 lia à territorio inseparabilia esse, cum
 unum sine altero non consistere, ut
 vix utile esse queat.

Regalia autem & insignia Iura,
 quæ Statibus Imperij ut talibus, &
 quatenus immediatè Imperio subje-
 ctum territorium possident, compe-
 tere videntur, & quidem in Imperio
 Romano Germanico varia sunt, in-
 ter eaque præcipua videntur esse il-
 la, quod possint Statuta condere, se-
 cundum quæ in ipsorum territoriis
 viuere, & iudicare debent subditi,
 magistratus item, atque iudices con-
 stituti, eaque Statuta ejus esse vigoris
 reputantur, ut Assessores etiam Ca-

meræ Imperialis secundum ea in cau-
 sis per appellationem ad illos deuo-
 lutis præcipuè judicare tenentur: ac
 in casibus demum, in Statutis illis
 omissis aut per localem consuetudi-
 nem non decisis Ius commune sequi
 debeant. *Kammergerichts Ordnung*
 p. 1, tit. 57. vulgò *Landrecht / Lands-*
Ordnung / Hoff vnd Landgerichtsord-
nungen vocant.

Possunt etiam subditis suis impo-
 nere collectas, *Landsteuer / Landscon-*
tributionen / quæ tamen in parte a-
 gere prius debent cum Statibus sui
 territorij, mit ihren *Landständ* / respi-
 cere item necessitatem impenden-
 tem, latè Caspar Klock in tract. de
 collect. & contribut. lib. 2. c. 1. Et
 dixi in tract. de *Ærario*, ad hunc er-
 gò aliosque fines, necessitate scilicet
 territorij sui exigente, conuocare pos-
 sunt suos Status, & Comitia Prouin-
 cialia celebrare.

An autem possint remittere pœ-
 nas

nas capitales, ex mera gratia, disputatur variè, hujusque rei decisio sumenda est ex tenore inuestituræ, auß Verleyhung des Blutbanns/ si enim, (ut tere fit) ejusmodi concessione habetur, Statum Imperij debere judicare secundum ordinationem Caroli Quinti criminalem, vel si alia verba restrictiua ad sint, tunc ea potestas gratiæ meræ vix concessa putatur, regulariter tamen non absurdè dici posse videtur territorialem jurisdictionem habentem, posse quoque sublimè hoc regale usurpare, sed ita, ne nimia impunitas ansam præbeat liberiùs peccandi.

Prætendunt itidem Status Imperij facultatem militem cogendi ad sui territorij defensionem, militiamque ordinandi, vulgò vocant, Raif-volet/ Musterung/ Aufwahl/ &c. sed huic re limites sunt positi certi, in recessibus Imperij de anno 26. 48.

§§. 64. 66. & 70. ab eoque Iure de-
 pender Ius Armandi, Zeug. vnd
 Rüsthäuser/ Ius muniendi urbes, ar-
 ces & fortalitia ædificandi, Basteyen/
 Bestung vnd Schanckung zu barren/
 hisque consimile est Ius foederum, &
 Legatos mittendi, modo hæc omnia
 sine suspitione alicujus rebellionis
 vel machinationis contra Imperato-
 rem fiant, id enim si simuletur facul-
 tatem Iusque habet inhibitionem de-
 cernendi.

Officiales porro ad Iustitiam ex-
 pediendam ordinare possunt, Con-
 sistoria item ad appellationes de-
 stinare, causasque à Iudicibus infe-
 rioribus auocare, Græneus lib. 1.
 conclus. 4. n. 3. Berlich. lib. 1. decis.
 c. ult.

Habent etiam Status Imperij Iu-
 risdictionem forestalem die Forstli-
 che Obrigkeit/ Bidenbach, quæst. no-
 bil. 15. & seq.

Habent itidem Ius conducendi,
 die

die geleitliche Obrigkeit / Manlius tract.
de laluo conductu, c. 2.

Habent denique Ius Fisci & cui
competunt Regalia, is pariter per-
cipere potest commodo fisci, Pere-
grin: de Iure fisci lib. 4. tit. 3. hæcque
omnia & alia plura nomine territo-
rials Iurisdictionis comprehendun-
tur.

CAPVT VI.

DE IURISDICTIONE
TERRITO-
RIALI.

Von der Landsfürstlichen
Obrigkeit.

TERRITORIUM interdum accipitur
circumscriptiuè, aut terminaliter,
quatenus suis finibus includitur,
was zwischen den Bäniken vnd Mar-
ckun-

clungen gelegen/ L. territorium, ff. de
 V. S. interdum verò sumitur subje-
 ctivè , quatenus ei inest , & cohaeret
 Iurisdictio universalis , siue superio-
 ritas , & tunc consideratur territo-
 rium velut subjectum sine quo illa
 superioritas , superioritatisue Iura
 nequeunt possideri , & tunc defini-
 tur territorialis illa Iurisdictio Regia
 quædam Iurisdicendi potestas sub
 nomine & qualitate *der Landsobrigkeit*
 ordinariè & Iure proprio concessa,
 territorioque velut nebula paludi in-
 hærens.

Sciendum autem est omninò Ius
 hoc pleniori Iure , quam olim , Ma-
 gistratibus , nunc Statibus Imperii
 competere videri , olim enim Ma-
 gistratus sine territorio ad ipsos Iu-
 re proprio spectante , Imperium &
 jurisdictionem exercebant , planè eo
 solum nomine Imperatoris, Statibus
 verò competit illa potestas jure uni-
 versali, & una cum territorio , dici-
 tur

turque jure proprio illis competere, quia hæc jurisdictione non administrationis aut familiaritatis Jure, quæ admodum ab initio, ubi dignitates regales in officium concedebantur, competit, sed authoritate propriâ, & quadam successoriâ lege, quam nec Imperator reuocare potest.

Hocque territorij jus, licet olim ab Imperatoribus velut extra omne commercium positum, & ibi soli competens sine territorij collatione Comitibus & Ducibus, qui regendis Prouinciis destinabantur, in officium duntaxat & administrationem ad tempus concederetur, ad lubitumque reuocabile erat, at tamen postea ceu reale quid, ac in ipso territorio radicatum, undè etiam *Landsobrigkeit* indigitatur, jureque perpetuo in feudum, unâ cum territorio, saluâ solum Superioritate & Majestate Imperiali, dari cœpit. Knichen de jure territorij c. 1. & n. 12. ac per discursum.

Quod

ff. de
subje-
hæret
perio-
errito-
no illa
e iura
defini-
Regia
s sub
rigkeit
cessa,
udi in
no ius
, Ma-
nperi
Ma-
os iu-
um &
anè eo
atibus
e uni-
dici-
tur

Quodque nomina Ducatus, Marchionatus, Comitatus, primitus etiam apud Imperatores Germanos, solum fuerint tituli administrationis in vim publici numeris precario concessi, comparet ex tit. 1. lib. 1. feudor. & latius deducit, Heig. p. 1, q. 2.

At quamuis Knichen in Sax. de non prouocandi jure, ad verba Ducum Saxoniae, c. 4. dignitates illas hereditarias esse factas, sub Carolo Magno scribat, id tamen Historicis conueniens non est, sed diu postea, & quidem in Galliis sub Capeto: in Germania sub Imperat: Saxonis, dignitates illas hereditarias esse factas putarem, sub his enim & quandoque etiam subsequentibus Imperat: tituli isti, qui primitus administrationis erant, prout omnia mutationi subiecta sunt, patrimonij nomina effecta fuisse, tradit Ioach. Stephani lib, 1, de Iurisdict. cap. 3. n.

37. &

37. & Colerus de processib. execut. p. 2. c. 1. num. 140. Maluerunt enim Imperatores Magnatibus suis certas Prouincias consignare, ut illos sibi magis deuincirent, quam omnia retinendo semper de summa Imperii periclitari. Vulteius in præfat. tract. de iurisdic. Cuiac. lib. 1. de feud. tit. 1. Hocque pro certo & immoto Regnorum stabiliendorum fundamento habebant, eaque ratione Imperii Proceres eo attentius militaturos, functionisque mania in defendendo Imperio alacrius subituros, reputabant, si sua etiam hereditaria Iura, & sua potius, quam aliena defenderent; sed ut hoc olim utile & proficuum habitum fuit, ita successu temporis apparuit potentiam nimiam statuum, sæpe ansam rebellandi contra Imperatorem, occasionemque præbuisse, aded in Politicis nihil tam bonum est, ut non etiam subsequi possit perniciosus effectus,

fectus , ut meritò dicere possimus,
 diuinam prouidentiam , non huma-
 na consilia , cuncta pro lubitu ad-
 ministrare , conseruare , & exingenti-
 bus populi peccatis subinde euerte-
 re. Sed ut hæc fiat , in Hispania
 tamen Ducalis dignitas , non nisi ex
 mera Regis gratia ad heredes tran-
 sitoria est, Heigius d. p. 1. c. 2. n. 37.
 Ac etiam Galliarum Reges diuinâ dispo-
 sitione adjuvante effecerunt , ut po-
 tentia illa Ducum & Comitum ni-
 mia restringeretur , & Ducatus olim
 potentissimi , Burgundicus nempe,
 Britanniarum , Normandicus , aliique
 vel jure successionis , vel aliâ ratione
 coronarum fuerint uniti , hincque ibi-
 dem pariter ut antiquissimis tempo-
 ribus nulla territoria dignitatibus
 annexa sunt , quod & in Scotia &
 Anglia usuenire attestatur Bodin.
 de republ. lib. 2. fol. 192. Petr. Gre-
 gor. Tholosan. lib. 6. de Republ. c.
 7. Pariter ut hodie in Bohemia Au-
 stria,

stria, & aliis in locis hereditariis, ut
 & alibi Titulares Duces, Comites &
 Barones sine territorio & territoriali
 Iurisdictione ab Impp. creantur, ac
 tales Comites non esse æquiparan-
 dos Imperii Comitibus sancitur in
 recessu Imperiali anno 48. §. *wiewol*
auch. Eo q; Statibus non esse annu-
 merandos decidit Schwammannus
 in decis. Cameral. fol. 187. & in dict.
 recess. Imperial. mentio fit aliquot
 talium Comitum puta der Graven
 von Harteg in Austria, der Graven
 von Hohnstein sub Electore Branden-
 burgico, der Graven zu Neugarten
 sub Ducibus Bomeraniæ, ubi ubi-
 que habetur, daß solche ihres blossen
 Namens vnd Tituls halben in die
 Reichsanschlag nicht zu ziehen / & alia
 etiam ibidem habentur de illis no-
 tatu admodum digna, puta quod di-
 gnitatem illam & præminentiam
 nuper demum ab Impp. acceperint,
 & porro sequentia verba habentur,
 daß

daß solche vnter ihren Landsfürsten
 gefessen/ jederzeit von all ihren Gütern
 demselben gedient/ sich auch zum thail
 auff der Fürsten Aeigenthum/ vnd ihre
 Lehen oder Pfandschafften / gräven
 vnd freyen lassen / also gar keine Gü-
 ter ohne Mittel von oder vnter dem
 Reich haben/ auch nicht anderst/ dann
 mit außdrücklichem vorbehalt der Für-
 sten Berechtigkeith zu diesen digniteten
 gelassen seyen.

Habent que hanc superioritatem
 Status non cumulariue, sed respectu
 Imperatoris etiam a iquo modo pri-
 uatiue, quia eos Imperator in exer-
 citio regulari suæ jurisdictionis im-
 pedire non potest, Colerus de Pro-
 cessib. excut. p. 2. c. 1. n. 129. & seq.
 omnis namque jurisdictio per con-
 tractum quæ sita, quoad transferen-
 tem priuatiue est interpretanda, Me-
 noch. lib. 2. præsumpt. 18. n. 13.
 quemadmodum in specie de conces-
 sione feudali ex recepta Doctorum
 opi-

opinionē tradunt Hartmann: Pistoris p. 2. lib. 2. quæst. 45. num. 15. Daniel Moller. lib. 4. Semestr. cap. 46. num. 10.

Quamvis hæc Iurisdictio etiam Iure allodij interdum competere videatur, prout sunt nonnulli Comitatus immediati, qui non sunt Imperij feuda, Author decis. Cameral. in verb. Comitatus, ejusque conditionis esse censetur Comitatus Mörseh in Westphalia/ & Comitatus Hohen-Jollern/ aliique, ut & Ciuitates Imperiales, iisque in casibus Iurisdictio non quidem datur jure feudi, sed tantum Iure priuilegij.

Porro autem nihil impedit, quin Status Imperij ratione aliquorum bonorum in alicujus Principis territorio existentium, diuerso respectu Status immediatus, & simul subditus alterius Status esse possit: quamuis enim in causa illa nota super constitutione arresti Comitis de

de Ortenburg contra Bayern a ceteri-
 mè fuerit disputatum, & Comites
 etiam anno 73. 4. Martij in Camera
 Imperiali proficuum obtinuerint
 sententiam, atamen in contrarium
 pugnat authoritas Gailij de arrestis
 Imperij c. 6. n. 1. cujus etiam senten-
 tia tandem 27. Iulij anno 85. in Iu-
 dicio reuiforio palmam tulit: quam-
 uis enim sola honorum subiectio,
 subditum non faciat L. Tiberius, §.
 sola, ff. ad Municipal. atamen hoc
 fit, si quis Homagium praestat, vel
 ea natura honorum sit, ut sine sub-
 jectiois onere nequeant possideri.
 Vicissim nihil decedit Statui, si in
 ejus territorio alius Status speciem
 quandam habeat Iurisdictionis, non
 Iure Superioritatis, sed Iure quasi
 seruitutis, ut in praefatione quae do-
 cumentis Württembergicis est praefixa
 latiùs deduxi, nihil enim debe-
 rit de sua libertati Coloniensi, Im-
 periali Civitati, quod Reuerendiss.
 Elector

Electoꝝ Coloniensis criminalium
sententiarum habeat executionem,
qualia sanè Iura Episcopus Spirensis,
Wormatiensis, aliique in illis Ciui-
tatibus habent, ut ex Chronico Spi-
rensi Christoph. Lehmanni apparet,
illa enim Iurisdictionio non competit
Iure superioritatis, sed Iure quasi ser-
uilitatis.

Præterea adeò magnam in suis ter-
ritoriis potestatem habent Imperii
Status, ut aduersus eos etiam Crimen
læsæ Majestatis committi posse dica-
tur, Bocerus de crimine Majestatis
c. 2. n. 94. Fachin. lib. 1. controuers. c.
15. n. 20.

Et habet unusquisque Imperii Sta-
tus, quod jus superioritatis, funda-
tam intentionem in omnes tam ho-
mines, quam res intra limites te- ri-
torii sui existentes, qui enim habet
territorium ad istum etiam pertine-
re dicuntur omnia loca in territo-
rio sita, eorumque locorum Iurisdic-
tio

M

tio

ccerri;
omites
Camera
nuerint
rarium
arrestis
seaten-
. in lu-
quam-
jectio,
erius, S.
en hoc
at, vel
ine sub-
ssideri.
I, si in
speciem
is, non
re quasi
que do-
est præ-
m debe-
si, Im-
erendiss.
Electoꝝ

ctio, Imperium & Regalia, Knichen
 de Iure territorii c. 1. n. 20. Author
 des gründlichen Berichtes der Reichs-
 statt Friedberg c. 2. n. 77. & quæcun-
 que intra territorii septa continen-
 tur, ea in istius Domini patrocini-
 o, potestate, custodia & Iurisdictione
 esse præsumuntur, ad quem distri-
 ctus & territorium spectat, Can. o-
 mnis Basilica c. 17. q. 1. L. 1. §. in
 initio, ff. de offic. Præfect. Urb. Et
 ideò ii, quibus competit territorium
 univ'er'sale, fundatam habent in ten-
 tionem in omnes Landsassios, in o-
 mnesque in isto territorio exortas
 causarum species civiles & crimi-
 nales, reales & personales, iudicii
 tam petitorii, tam possessorii, L. 1.
 §. in initio, ff. de offic. Præfect. Urb.
 Meichsnerus tom. 2. lib. 2. decis. 3. n.
 2. Et habent pariter Domini territo-
 riorum fundatam intentionem, et-
 iam in prædium singulare tertii, quod
 in territorio existet, licet subditus

NON

non existat, c. cum Episcopus, de offic. Iud. ord. in 6. Kopen decis. 48. n. 8. Quamobrem qui contra hanc juris praesumptionem in uniuersali alterius territorio, jus quoddam superioritatis, vel speciem Iurisdictionis sibi arrogat, circa res vel personas in eo fitas, liquidò id ipsum probare tenetur, c. ex ore, ext. de privileg. c. cum personam, eod. in 6. & tenetur titulum asserti jus edere, nec sufficit possessionis emolumentum allegare, cum ipsi ius commune, & generalis praesumptio resistat, L. jus. 15. C. de probat, cap. 1. de praescript. in 6. Zigelus in communibus conclus. §. Landsassij n. 24.

Probatio porro superioritatis in actuum exercitio ad superioritatem spectantium consistit, ex his enim arguitur & docetur superioritas, tanquam causa à suo effectu, & deinde illi actum possessionem vel quasi manifestò demonstrant, Menoch,

chen
 uthor
 eichs
 acun
 tinen
 cinio,
 ione
 distri
 an, o
 §. in
 o. Et
 rium
 n ten
 in o
 kortas
 crimi
 iudicij
 L. 1.
 . Urb.
 f. 3. n.
 errito
 , et
 quod
 ditus
 non

conf. 725. n. 10. Gail. de arrestis c. 7. n. 15. quemadmodum enim possessionem fundi perceptio fructuum probat, ita pariter emolumenta ex hiscè actibus redundantia præsumi faciunt pro Superioritate, quæ præsumptio tamdiu durat, donec contrarium probetur, si ergò aliquis Domino territorii collectas, aliaque solita subditorum seruitia præstiterit, Iuramento puta subjectionis se obstrinxerit, ab inferioribus Iudicibus immediatè ad Curiam Domini appellauerit, si illum Dominum nominauerit, & pro tali honorauerit, subditum item se appellauerit, seque talem in sub- & inscriptionibus professus sit, Wann Er den Fürsten seinen gnädigen Landfürsten vnd Herrn nominauit: wann Er sich zu aller gehorsambe erbotten/ &c. tunc præsumptio contra talem, quod sit Landsassus exsurgit.

Ejusdem porro Effectus sunt priuile-

uilegiorum concessiones, ac eorum
 confirmationes, proclamationes, ac
 Edicta publica, Insignia Principis in
 Curia, aliisque vicinis locis depicta,
 solennis Principis introitus & aper-
 tura Castrorum, das Einreiten vnd
 Deffnung/aliaque hujus generis pro-
 pè infinita, quæ omnia & singula hic
 recensere haud est nostri instituti,
 & pro regula generali est notandum,
 quod omnes actus Jurisdictionales,
 si in alterius territorio usurpentur
 quietè, superioritatem edoceant, &
 ex parte patientis arguunt subjectionem.

Si ergo Prouincialis aliqua Ciui-
 tas actum ejusmodi Jurisdictiona-
 lem sibi intra Urbem, ejusdemuè li-
 mites competere asserat, necesse est,
 ut illam probet, titulum siuè imme-
 morialem possessionem demonstran-
 do, semper enim pro Principe præ-
 sumitur, quoad omnes actus Jurisdi-
 ctionales, nisi concessio vel priuile-

gium aliusuè titulus approbentur.

Titulum autem voco concessio-
nem Principis, argum. L. 1. ff. de of-
fic. ejus, cui mand. est Jurisdic. siuè
per Investituram, aut etiam vendi-
tionem, vel per privilegium ea facta
sit, Surdus conf. 208. n. 5. Hartman.
Hartmanni tit. 54. obser. 2. n. 4. Est
verò hic speciale, quod titulus iste,
etiam in possessorie sit ostendendus,
idque ob generalem Principis inten-
tionem arg. L. 3. §. hoc autem, ff. de
lin. actuque: priu: L. 1. §. fin. ff. de
aq. quot: & aeti: Menoch, remed. 3.
retinend: possess: n. 590. & remed.
recuperandæ. 15. n. 469. Ob quam
Jus commune possessori resistit, &
ideo eum ab onere probandi posses-
sio releuare haud potest, L. 15. C. de
probat. c. 1. de præscript. in 6. Hart-
mann: Pistoris lib. 2. p. 1. q. 46. v.
6. & seqq. Ex quibus porro inferri
solet, possessorem Jurisdictionis an-
nexam habere causam proprietatis:
Knichen

Knichen de Saxonico non prouocandi Iure c. 9. Non secus ad possessorium super beneficio aliquo Ecclesiastico in quo etiam antiquior possessio titulo carens, minimè præfertur iuniori titulum habenti. Menoch. de remed. retinend. possession. 3. n. 70. & seqq.]

Præscriptio autem immemorialis titulo æquipollet, malamque fidem & Principis ignorantiam excludit, c. 1. de præscript. in 6. Mascard. de probat. conclus. 1213. n. 49. & seq. nisi probetur certò, vitiosum possessionis initium c. vigilantibus, & c. ult. de præscript. c. 2. de R. I. in 6. Idque ob malam fidem quæ præscriptionem etiam immemorabilem eneruat.

Tandem definit aliquis esse Imperii Status, quando quis propter delictum, rebellionem, & contumaciam ab Imperatore vel Camera Imperiali in Bannum declaratur. Gail.

lib. 2. de pace publ. c. 1. n. 4. & 25.
 Ut & præscriptione si nempè probe-
 tur eum, qui aliquando fuit Status,
 post hominum memoriam Imperio
 nihil pensitasse, aut contribuisse, ne-
 que Regalia ab Imperatore tanto
 tempore recognita fuisse, & se sem-
 per pro alterius Status subdito ges-
 sisse, ad Comitua Prouincialia cum
 subditis comparuisse, onera prouin-
 cialia sustinuisse, mandatis alterius
 Status semper paruiffe, eum pro Iu-
 dice in prima, & secunda instantia
 agnouisse, E contra ad Comitua Im-
 perialia non comparuisse, Gail. 1.
 obser. 21. n. 15. Zachar. Victor, de
 causis exemptionum Imperialium
 conclus. 17.

ed hæc tum demum locum ha-
 bent, si accedat tempus, cujus initii
 memoria hominum non extat.
 Quamuis enim de Iure communi o-
 mnes actiones & etiam fiscales 30,
 vel 40. annorum spatium tollantur,
 L. om-

CAPVT SEXTVM. 273

L. omnes, L. cum notissimi, C. de præscript. 30. annorum Peregrin. de Iure fisci lib 6. tit. 8. ut in specie de exemptione à solutionibus contra Fiscum & Principem pendentibus, tradit Bart. in L. Licitatio ff. de public. Couar. variar. resolut. c. 17. n. 10. Ab Imperatore tamen & Statibus Imperij in recessu Augustano de anno 48. §. wann auch. sancitum est. ut hodiè præscriptio non procedat, in causis exemptionis, nisi temporis immemorialis.

Atqui est quoque sacrum Imperium Romanum in decem Circulos diuisum, quos hodiè vocant, die Reichs Krayse / idque eâ ratione factum, ut eò melius, ac ordinatè magis per illos negotia de pace publica conseruanda, de contributionibus colligendis, monetis probandis, vel reprobandis, præsentandis Camerae Assessoribus & similia expediri queant Reichsabschied zu Trier vnd Coln

M 5

anno

& 25.
rober-
atus,
perio
e, ne-
tanto
e sem-
o ges-
cum,
ouin-
erius
ro Iu-
antia
ia Im-
ail. 1.
or, de
alium
um ha-
is initii
extat
uni o-
es 30,
antum,
L. om-

anno 12. § habent wir: & Reichsab-
 schid in Nürnberg/ de anno 12, sub
 titulo die Erklärung des Landfriedens.
 Horum Circulorum primus est Au-
 striacus, qui Austriam, Carynthiam,
 Carnioliam, & Comitatum Tyro-
 lensen complectitur.

Secundus est Burgundicus, cui sunt
 additi Rex Hispaniarum, ratione
 Burgundici Comitatus, & aliarum
 Prouinciarum Belgicarum, ut & ali-
 quot Comites.

Tertius Circulus Electorarius Rhe-
 nanus, in quo comprehenduntur E-
 lectores tres Ecclesiastici, & Elector
 Comes Palatinus Rheni, Comites
 sex, Abbas S. Maximini, Præpositus
 Sulzensis, Ciuitas Gelhausen.

Quartus Saxonie Circulus supe-
 rioris, isque habet Electores, Duces
 & Marchiones, tam Saxonie, quam
 Brandenburgicos, Episcopos. 7. Du-
 ces Bomeranie, Principes Anhalti-
 nos, Abbatissas Principali Dignitate
 claras,

claras, die Fürstliche Abbtiffin / Abba-
tes duos, Comites & Barones com-
plures.

Quintus Circulus est Franconi-
eus, & compræhendit Episcopos tres
Würzburg: Bamberg. & Eystet-
tensem: Magistratum Ordinis Teu-
tonici, den Deutschen Maister / Burg-
grauios Norinbergæ, siuè Onolsba-
chenses, Comitatum Hennenbergi-
cum, nunc inter Saxonem & Hassum
diuisum Abbates, Propositos, Comi-
tes & Barones, Ciuitates item ali-
quot.

Sextus Bauaricus est, complecti-
tur Archiepiscopatum, Salzburgen-
sem, Frisingensem Episcopum, & Ra-
tisbonensem, Electorem Serenissi-
mum Bauariæ, tam ratione utriusque
Bauariæ, quam etiam Palatinatus Su-
perioris, Landgrauium Leuchtten-
bergensem, ac præter Abbates, Præ-
positos, Abbatissas, Comites & Ba-
rones aliquot, Ciuitatem Ratisbonen-
sem, Septi-

Septimus est Sueuicus, cui additi sunt Episcopi tres, Duces Würtembergiæ, & Marchiones Badenses, Abbates, Præpositi, Abbatissæ, Comites, Barones, & Ciuitates quamplures.

Octavus Circulus, Rheni Superioris der ober Rheinische Kreyß/ comprehendit Episcopos decem, Comites Palatinos Rheni, ratione Ditionum sub Electoratu non comprehensorum, Landgrauios Hassiæ, Duces, Lotharingiæ, ut Abbates, Præpositos, Abbatissas, Comites & Barones, ac quoque Ciuitates satis multas.

Nonus Circulus Westphalicus, habet Episcopos octo, Duces Iuliacenses, Niuenfes, Bergenses, & Geldriæ, Abbates etiam quatuor, & reliquos Status minores aliquot.

Decimus & ultimus Imperii Circulus compræhendit Archiepiscopos Magdenb, & Bremensem, Episcopos

scopos sex, Duces Brunsvicenses, & Lüneburgenses, Holfatienses, Megapolitanos, Lauenburgenses, & Comites Rauenstenii, ac præterea quatuor Ciuitates.

De quibus videri potest Thob. Paurmeister, tract. de Iurisdic. lib. 2. c. 2. Renching. de Regim. sæcul: & Eccles. lib. 1. class. 3. c. 2. Cluten in Sylloge rerum quotidianarum conclus. ult. ad finem.

In Comitibus vero, si quid circulariter deliberandum concluditur, in sex tantum hi universi Circuli contrahuntur, Saxon. nimirum Bauar. Franc. Rhenan. Suevic. & Westphalicum, Wehner in obseru. pract. verbo Stand des Reichs.



addi-
Wür-
fes,
Co-
uam,
Supe-
reyß/
em,
ratio-
non,
Haf-
bates
ites &
fatis
icus,
Julia-
& Gel-
& re-
rii Cir-
episco-
n, Epi-
scopos

CAPUT VII.

DE ELECTORIBVS
 IMPERII IN GENERE,
 ET IN SPECIE DE ELECTO-
 RIBUS SÆCULARIBUS.

Electores dicuntur, quod pote-
 statem habent eligendi Impera-
 torem, quã eadem notatione Ger-
 manicè vocantur, Die Churfürsten.
 Rhoren enim germanis priscis est
 eligere, ex quo nobis remansit, auß-
 erföhren/ quod item est, ac außerröh-
 let.

Electores autem inter Status Im-
 perii principem obtinent locum,
 eosque Carolus Quartus Imperator
 in Aurea Bulla, in principio, & pas-
 sim alibi, Palmites Imperiales, se-
 ptem candelabra lucentia, in unita-
 te Spiritus septiformis, quibus sa-
 crum illuminari debet Imperium.

Colu.

columnas & latera, soliadisque bas-
 s Imperij, & propinquiora Cæsa-
 ris membra appellat, hocque idem
 vult Decretum Cæsareum, de Da-
 to. 27. Iulij anno 1590. quod se vi-
 disse dici Henningus Brunning, de
 variis Vniuersit: Speciebus conclus.
 10. cuius hæc sunt verba: Daß der
 Churfürsten Hochheit vnd authoritet/
 mit eines Römischen Kayfers Ge-
 walt vnd Hochheit / dahero sie auch
 fließt / dermassen verbunden / das eine
 ohne die ander nicht bestehen kan / Ja
 daß die höchste Würde der Churfürsten/
 damit sie für andern Königen vnd
 Potentaten gezieret / eben diese ist / daß
 sie einen Römischen Kayser / dessen
 Hochheit / authoritet vnd Gewalt alle
 andere vbertrifft / von dero auch alle
 ander herfließen / zu wöhlen hat. Et
 inde etiam in actibus ad Curiam
 Imperialem pertinentibus cæteris
 omnibus Principibus Electores præ-
 feruntur, cujuscunque tandem sint

con-

conditionis, Bohemiæ vero Rex eodem respectu in istis actibus cæteros omnes Reges antecedit, ut habetur in Aurea Bulla c. 6.

Sunt porro Electorum septem, Ecclesiastici tres, & quatuor Profani; Illi sunt Moguntinus, Treuirensis, & Colonienfis, ac Bohemiæ Rex, Bauariæ ac Saxoniam Dux, & Marchio Brandenburgensis. Ne autem splendori gloriosissimi huius Electoralis Collegij quicquam deesset, singuli officiis singulis sunt decorati, Moguntinus nempe Archicancellarius est per Germaniam, Treuirensis per Galliam, & Aretalense Regnum, Colonienfis per Italiam, quorum tamen Posteriorum, cum ambæ Prouinciæ ab Imperio ferè avulsæ sint, potestas jam evanuit, & extincta est.

Illorum autem Archiepiscoporum & Principum officia, quod nempe Cancellarij sint, Imperiales, antiquif-

quissimum esse videtur, adeo ut Moguntini dignitatem Archicancellariatus jam à tempore Caroli Magni deducat Arumæus ad Auream Bullam discurs. 1. Thes. 23.

Cæterum ex Electoribus Politicis, Rex Bohemiæ est Archipincerna, Erz Schenck / substitutumque habet semper liberos Barones in Simburg / quorum officium vocatur Erbschenck.

Comes Palatinus, siue Bauariæ Dux, est Archidapifer, Erztruchsaß / quod officium deriuatur, von Tragen des Essens / quia Dapes præfert Imperatori, substitutumque habet, Dapiferos in Wahlburg / die Erbtruchsäßen zu Wahlburg.

Saxonix Dux est Archimarschallus Erz Marschalck / substitutumque habet Comitem Pappenheimensem, Erb Marschalck.

Marchio Brandenburgicus denique Archicamerarii officium administrat,

strat, Erb Cammerer/substitutum habet Ducem vel Comitem in Hohen-Zollern/Erb Cammerer.

Hæc porro officia cum annexis suis commodis ex Institutione Henrici Sancti Imperatoris ab Episcopo Bambergensi in feudum recognoscere, & Vicarios suos, quibus deinceps in subfeudum eadem concedunt, genere affirmat Marq. Freiherrus in notis ad Petr. Anglo lib. 2. cap. 15. Eoque nomine Episcopum Bambergensem recens initiatum, haud secus ac ipsum Casarem, suis quisque officiis ac ministeriis ex ejusdem Imperatoris Constitutione præstolari tenentur Electores sæculares. Bertram in tract. de Comitibus conclus. 32.

Multis porro præ aliis decorati sunt privilegiis Electores, possunt enim absque speciali venia indicere Conuentum, habent etiam potestatem possidendi metallicas fodinas,
ac

ac salinas, Erz- vnd Salgrueben in
 Regno ac Principibus suis inuen-
 tas, Aurea Bulla c. 9. in princ. Quod
 tamen ita interpretantur Doctores,
 ut solum Decimas percipere queant
 in fodinis, quæ in subditorum suo-
 rum agris reperiuntur, Sixt: de rega-
 lib. lib. 1. c. 5. n. 8.

Neque etiã ab illorum Officia-
 lium sententiis ul' a datur appellatio,
 nisi in casu iustitiæ denegatæ, Aurea
 Bulla cap. 11. in princ: sed successu
 temporis huic insigni priuilegio, ipso
 non usu renuntiãrunt tres Archiepi-
 scopi & Comes Palatinus, ut dixi in
 tractat. de appellat. cap. 3. Quamuis
 Serenissimus Elector Bauariæ ante
 paucos annos curãrit priuilegium
 quoad ipsum illud antiquum resusci-
 tari.

Porro autem & hæc eminentia
 competit Electoribus, ut subditi il-
 lorum, cuiuscunq; sint dignita is
 ad nullum extraneum Tribunal, pu-
 ra,

ta, ad Iudicium Rottwilense, vel Westphalicum, aut Iudicia Pronincialia, für die Landtgerichte evocari nullo modo possunt, Aurea Bulla dict. cap. 11. in principio.

Cumque Electores variorum necessitatibus relevandis Cæsarea Sublimitati sic assistere dicantur, ut in partem sollicitudinis constituti reperiantur, Aurea Bulla cap. ult: Hinc in illos, qui in necem alicujus Principis Electoris conspirarunt, tanquam Reos Majestatis, pœna L. quisquis. 5. C. ad L. Iul. Majestatis constituta est in sepe dict. Aurea Bulla c. 24.

Cum autem experientia plurimum testatum fecerit occasione controversæ Electionis, dissidiique inter Electores Imperio Romano plurima dispendia contigisse, Carolus Quartus Bohemiæ Rex, variis incommoditatibus obveniens, electioni in Imperio nostro, certas leges præscri-

scripsi, quæ meritò inter funda-
mentales nostri Imperii Romano-
Germanici referuntur, eæque leges
simul compilatæ, hodie Aurea Bul-
la nomine indignantur, denomina-
tione exinde descendente, quod ma-
jus Imperatoris Sigillum Auro im-
pressum, ei Legislationi appensum e-
rat, Bulla autem tam Græci, quam
Latini Recentiores pro sigillo usur-
pabant indeque Bullæ Pontificiæ di-
cuntur, Instrumenta permunita Sigil-
lo plumbeo Pontificis Maximi, &
Recentiores quoq; Historici bullare
usurpant pro sigillare sicque Aurea
Bulla propter eminentiam ita vocat-
ur, ut notat Arumæus ad Auream
Bullam discurs. 1. thesi. 4. & dixi in
dissertat. de Success. & Elect. lib. 3.
c. 2. n. 1.

Inter Electores *Seculares*, primus
occurrit Bohemiæ Rex, non verò
cum iis facere possum, qui Bohemiæ
Regem, tum demum ad Electionem
admit-

admittendum putant, præsertim post sancitam Caroli Quarti Bullam, quando pari numero discordantium Electorum sunt vota, quod quidem sentit Petrus de Andlo, lib. 2. de Imperio Romano, cap. 2. & Schönborner politicor. lib. 5. cap. 33. quos gra- uiter refutat Aug: Fischer de Elect. Imper. num. 44. ut & D. Gewold. tractat. de Elect. lib. 2. Firmaturque nostra sententia rotundo textu Aureæ Bullæ; tit. 4. §. 3. ubi Imperator dicit. Das ein König von Böhaimb / vnder den Weltlichen Churfürsten von Königlichcr Würdigkeit vund Rechtswillen / billich die erste Frag behalte / ajunt in super pœnam elle sanc- citam, si Bohemiæ Rex non vocetur ad Electionem, hancque incurrisse Electores ob Ladislai Bohemiæ Re- gis præteritionem in electione Maxi- miliani Primi, Hartman. Maurus in Elect. Caroli Quinti.

Probabile quidem est, primitus

ex

ex Ecclesiastico & ſæculari ordine, æquali numero Electores fuiſſe deſumptos, ſed quia facile potuit euenire, ut ſine exitu Electio foret, haud abs re ſeptimum adiectum fuiſſe, ut ſi cæteri diſſentirent, in duas factiones æquales ſejuncti, inueniretur aliquis, qui maiora facere poſſit, talisque accumulatus reputatus fuit Bohemiæ Rex qui licet maximæ potentia, cum tamen Subditus eſſet Imperii Romani ut eidem magis fideliter inſeruiret, adſtrictusque eſſet, tali officio donatus fuit, ut ex Mich: Beutlero retul. in tract. de Succell. & Elect. lib. 2. diſſert. 3. n. 9. idemque Tubrauius lib. 7. Hiſtor. Bohem. hiſce verbis docet: additus tamen Sex illis Principibus poſtea Rex Bohemiæ fuit Elector. Septimus ad tollendam diſcordiam, quæ inter pares numero, pari ſuffragio nonnunquam concurrente intercedebat.

De

De Rege autem Bohemiae compluscula habet Goldast. in Tract. operosissimè conscripto de Bohemiae Regno, & inter alia refert quoque Iura superioritatis quæ Cæsares olim exercuerunt erga Bohemiae Reges, quamvis enim Bohemiae Rex nulli Circulo addictus sit, neque etiam ad illorum conuentus, sicut dicit Craistagen vocetur, quando tamen Milites, vel pecunia, aliis Ordinibus siuè Statibus imperantur, tunc Is tanquam Imperii membrum 400. equites, & pedites. 600. mittere tenetur, Paurmeist. de Iurisdic. lib. 2. c. 2. n. 26. Moguntinus insuper Archiepiscopus olim Regem Bohemiae coronabat, at hanc præeminentiam & Ius, Henricus Archiepiscopus Moguntinus, postea vendidit Ecclesiae Pragensi, ut Tritheimius. Idem etiam Goldast. multis probat Bohemicum Regem, ab antiquo non fuisse electivum, Iureque

Sac.

successionis ad Archiduces Austriae pervenisse, hocque Ius cum in controversiam vocassent Bohemi, nupero Bohemico bello minimè de novo introductam, sed tanummodò stabilitum fuit.

Inter Politicos seu Sæculares Electores in Aurea Bulla Caroli Quarti Palatinus primum obtinet locum, Ista dignitas autem, Palatina ùs scilicet, *Der Pfalzgraffen* videtur à Francorum instituto ducere originationem, nam penes quem erat Domus Regiæ Principatus, passim indigitari solebat Major domûs, Palatij Regij Præfectus, aut etiam Comes Palatij, penes hunc majorem domus ante Caroli Magni ætatem opus & potentia Regni erant, Regibus nil præter vani nominis umbram superfluit, quâ etiam occasione factum est, ut Pipinus major domus Rege dejecto ad Regnum perveniret, illudque ad filium Carolum Magnum postea dictum,

N

dictum,

Succo

dictum, transmitteret, sub quo Palatinorum potestas in ordinem fuit redacta, factaque fuit Comitua Palatij officium ad nutum Regis reuocabile, erantque Comites Palatij nihil nisi Iudices in Aula constituti; Veteri enim linguâ Germanicâ Comes vocatur **Grav**/ quod nihil aliud est, quam Iudex, hacque in significatione adhuc in Westphalia, & vicinis locis Iudices appellantur **Graven**/ & ita Comites Palatini Iudices erant Aulæ, siue Palatinorum in diuersis Imperij locis existentium, pariter ut **Burggraff** - at Iudex Arcis. **Landgraff** Iudex Regionis, **Marggraff** Iudex in limitibus constitutus, **Marsch** enim Germanis est finis aut terminus. **Gränzen**/ inde etiam limites **Marschstein** appellantur.

Tandem autem cum tempore Ottouum Imperatorum; sæculisque subsequentibus principaliora officia hæreditario Iure Magnatibus

ces.

CAPUT SEPTIMUM 298

cessissent & tandem etiam certæ Re-
giones iis officiis annexæ & attribu-
tæ fuissent : Comitum Palatinorum
secunda post Duces dignitas erat ,
dicebanturque die Fürsten Graf-
fen / ad differentiam Comitum reli-
quorum , unde & adhuc hodie die
Pfalzgraffen / Marggraffen / Land-
graffen / Burggraffen / Principibus
annumerantur, Ducibusque æquipa-
rantur, Palatini autem Comites con-
plures erant, nec ideò Comites Pa-
latini Haydelbergenses se aliis ante-
ferre debent , & nominatim in Ba-
varia tempore Arnolphi & Ottonis
Imperat. non unus fuit Palatinus,
ac nominatim Otto Magnus Impe-
rator, & Eberhardo Boiorum Duce
capto fratres illius minores natu in
ordinem Comitum Palatinorum
coegit, indeque initium coepit, Pa-
latinatus Boicus, jam diu antequam
Palatinatus Rehni ad Bauaricam fa-
miliam perueniret , diu autem post

N 2

Co.

io Pa-
n fuit
ua Pa-
reuo-
atij ni-
stituti ;
câ Co-
il aliud
nifica-
& vici-
Brafen/
es erant
diuersis
riter ut
ndgraff
dex in
nim
us, die
Marck.
empore
culisque
a offi-
gnatibus
ces.

Comites Palatini Schirenses Ducatum Boicum obtinuerunt, sicq; Ius Electorale simul acquisiverunt.

Rhenanus ergò Palatinatus non potest habere votum Electoris, quia nullibi legitur, quod ipsis comperit dignitas talis, antequam illa Ditio ad Bauariæ Duces pervenisset.

Fuerunt quidem olim Comites Palatini vetustissimi, qui multa possidebant territoria, non circa Rhenum solum, & ad Mosam, sed & Ducatum Lizelburgensem, Limburgicum, Iuliacensem, Montensem, nec non fermè semissem bonorum Archiepiscoporum Treuirensis & Coloniensis. Sed ab his non descendunt Palatini Rheni, nec in eorum Ius successerunt, ita ut summâ injuriâ Carolus Quartus Imperator privare conatus fuerit Bauariæ Duces voto Electorali, illudque affigere Palatinatui: factum enim fuit ex mera invidia, & odio, quo Carolus

lus

CAPUT SEPTIMUM 293

Ius Quartus Antagonistam suum Ludovicum Quartum, Bauariæ Ducem & Imperatorem fuit persecutus, huicque Ludouico cum contrarius esset frater germanus Palatinus Comes, qui fouit Carolum Quartum, inde Carolus Quartus, ut unâ vice inimico noceret, & amicum recompensaret, Electoralem Dignitatem transferre voluit ad familiam Palatinam, cui tamen Bauariæ Serenissimi Duces semper contradixerunt, qua de re latè agit D. Gewoldus in Tract. de Septemviratu c. 10.

Saxoniae Ducem quod attinet, Archimarschallatus officium, & Septemuiralis præminencia in quinquæ Familiis hætenus permansit, quarum prima fuit, Hermanni Dillingi, cui Ducatum Saxoniae Otto Magnus Imperator primum seu legato gubernandum, deindè tanquam peculium possidendum, atque ad he-

N 3

redes,

Duca-
Ius
non
quia
ompe-
n illa
enisset.
omites
ta pos-
a Rhe-
& Du-
burgi-
m, nec
m Ar-
& Co-
descen-
orum
mâ in-
erator
riæ Du-
e affige-
n fuit ex
Caro-
lus

redes transmittendum concesserat in
 eaq; familia annos circiter quinquaginta supra centum permansit : Secunda familia fuit Comitum Supplenburgensium , Tertia Guelphorum Boiariæ Ducum, Henricus namque cognomento niger Bavarix Dux è Guelphis oriundus Magni Saxonix Ducis filiam matrimonio sibi junxit, & donato Ducatu Elector factus fuit, , Quarta familia fuit Ascanix Principum, der Fürsten zu Anhalt/ Henrico enim Quelpho in ipsis publicis Comitibus Ratisbonæ anno 1180 exauctorato Fridericus Primus Imperator Bernhundo Anhaltino nunc cum Electoratu Saxonix Ducatum in feudum concessit.

Quinta Familia Electorum Saxonix ex Marchionibus Misnix, & Thuringix, Comitumque Pertini, Magni illius Witekundi propago, qui Witekundus temporibus Caroli Magni Saxoniam gubernavit, & ab illo

Illo Imperatore victus primus Saxoniae Dux denunciatus fuit, penes hancce Familiam dignitas Septentrionalis Saxonica à ducentis jam annis remansit, semperque fidelis existit Imperatoribus Romanis, usque dum hærescos malum terram illam felicissimam inuasit, & Ioann. Fridericum Electorem Virum aliàs satis bonum ita dementavit, ut in bello Smalcaldico, tanquam Dux omnibus viribus suis adiutus, etiam à sociis seu confœderatis Carolo Quinto Imperatori sese opponeret, à quo iusto prælio victus captusque dignitatem Septentrionalem amisit: quia verò ex eadem familia ortus Mauritius Saxoniae Dux pro sua calliditate facilè prospexerat fœdus illud Smalcaldicum infelicem exitum habiturum, ideò sese à reliquis Agnatis separavit, & castra Imperatoris est secutus, indeque promeruit, ut remoto Ioann. Friderico is

rat in
nqua-
: Se-
Sup-
lpho-
nam-
e Dux
xonie
nxit,
ctus
canie
halt/
s pu-
1180
mpe-
nna
tum
Saxo-
, &
tini,
ago,
Caroli
& ab
illo

dignitatem Septentrionalem obtineret. Cum autem Mauritius masculâ prole careret, eidem successit frater Augustus, moderni Electoris Saxoniae avus à Ioan: vero Friderico ex-Electore proueniunt Aldenburgenses & Winmarienses Principes, hiq̄ue Principes Winmarienses semper adhuc affectant Electoralem dignitatem putantq̄ue se iniuria illâ carere: quemadmodum superioribus annis Fridericus Ortleb. Winmariensium Ducum Aulae Magister, Vir alias eruditissimus operosè conscriptis duobus voluminibus probare conatus fuit foedus Smalcaldicum iustum, & Ioannis Friderici, Posterorumq̄ue eiusdem remotionem iniustam esse, hæcque causa fuisse videtur, quod Saxoniae Elector modernus semper partes Cæsaris & Austriacæ Domus, non solum tempore unionis, sed & hodie adhuc sequatur, non solum propter gratitudinem, quia nempe bene-

beneficio Caroli Quinti tantam obtinet dignitatem, sed & illud fecisse videtur ex politica ratione, quia nempe Winmariae Principes apud Rebelles praecipuas militares dignitates obtinebant, & quoque in magna omnium gratia erant, verebatur ergo Elector Saxoniae, ne Winmarienses nimiam potentiam aucti, antiqua Iura, amissaque ditiones sint aliquando repetituri. Caeterum in Coronationis Regis Romani actu solenni Dux Saxoniae, tanquam Ensiferi gladium Regi porrigit hisce additis verbis. Accipe gladium Regium, ut rebelles severam correptione potenter affligas, omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes.

De Electoratu Brandenburgico
usitatus versiculus est

Mutavit Dominos Marchia saepe suos.

Nam sane electoralis illa dignitas
ad sex familias peruenit.

N 5

Primo

Primo Otto Imperator ejus No-
minis Tertius Hugoni ex familia
comitum Bepingensium suo Vicario
in Thuscia & Hetruria contulit, ele-
ctorale munus circa annum 1000.
Eique successit Theodoricus ex fra-
tre Nepos omnium Prouinciarum
Marchiarum possessor.

Secunda familia prodiit à Comi-
tibus Ascaniæ studensibus.

Tertia à Comitibus Ascaniæ, ex
quibus adhuc hodie supersunt Princi-
pes Anhaltini.

Quarta manauit Bauariæ Ducib⁹.

Quinta à Ducibus Luxenburgi-
eis, quorum illi à Ludouico quarto
Imperatore, hi ab Imperatore Si-
gismundo hocce beneficium obti-
nuerunt.

Sexta, & adhuc hodiè inibi im-
peritans descendit à Comitibus von
Hohen Zollern/ quorum unus curan-
te Rudolpho Primo obtinuit Burg-
grauiatum Noribergensem; ejus au-
tem

tem posterius interuentu non satis magna pecuniæ summa Electoralem dignitatem obtinuerunt.

Est autem Elector Marchicus Imperij Archicammerarius, sceptrumque tanquam gubernationis indicium Cæsari præferre solet.

CAPUT VIII.

DE ELECTORIBVS
ECCLESIA-
STICIS,

Vsitatum fuit jam ab eo tempore; quo Religio Christiana per Francos in Galliam, & Germaniam est introducta, ut Ecclesiastici Optimates negotiis politicis etiam adhiberentur, & in numerum Statuum adscriberentur, eo quod præsumebatur magis conscientiosè res graues tractari, ubi Ecclesiæ addictæ personæ sunt præsentibus, libertati etiam sub-

NO

dito.

ditorum magis cautum videbatur, si Ius quoque monendi, intercedendi, consultandi que habeant ij, qui non absolutè Principibus, Regibus que sunt subjecti, quosque nec eligere, nec ab officio remouere queant.

Quam certè ob causam Principes Lutherani dominationis absolutæ appetentes, pati non potuerunt, ut Prælati Catholici Monasteriis, redditibus optimis dotatis præessent, sed maluerunt inibi addere aulæ mancipia, quæ pro lubitu regere & gubernare possent, sunt enim apud Lutheranos Prælati & nominetenus Abbates nonnulli Prædicantes, quos deponere ab illo officio Principibus integrum est, & qui ideo in conuentibus Statuum corio suo quod ajunt metuentes, Principum postulatis nullo modo sese opponere audent, neminem ergò morari debent Hæreticorum argumenta, quorum nonnulla
pro-

proponit Lymnæus lib. 3. de Republ. c. 3. à princ. qui prout optant, Republicam profanam & Ecclesiasticis superiorem, ita etiam malè habent, quod Ecclesiasticis competit sæcularis aliqua potestas.

Quod verò attinet Ecclesiasticos Electores, ij simul Archicancellarij sunt Imperiales, & quidem Moganti- nus Cancellarius est Imperatoris per Germaniam semper in Aula Cæsarea Nobilem vel Baronem aut etiam Comitem habet, Vicecancellarij munia obeuntem. Coloniensis Archicancellarius est per Italiam, olim enim Italia etiam ad Imperatoris administrationem spectabat, ut patet ex tit. de pace constantiæ in usib. feud: Treuirensis Archicancellarius est per Galliam & imprimis per Regnum Arelatense, ejusque Regni maxima pars jam spectat ad Coronam Galliæ, Comitatus nempe Provincie, & Comitatus Delphinatus, quæ

quæ duæ opimæ Regionēs semper ratione superioritatis ad Imperium Romano-Germanicum pertinebant, donec negligentia vel oscitantia Caroli Quarti absolutum dominium ibidem Galliarum Reges affectarunt & arripuerunt.

Sciendum autem est, retroactis temporibus Regales siue Cæsareas litteras subscribere solitos fuisse Archicapellanos D. Gewoldus de Septemuiratu fol. 84. Hocque inter alias causas etiam ideo factum fuit, quia adhuc omnes litteræ Latino sermone expediebantur, ejus sermonis autem gnari vel soli, vel in primis Clerici erant.

Illi autem Archicapellani successu temporis hinc negotiis non amplius se imiscuerunt: sed subscriptio litterarum Imperialium, custodia etiam Sigilli Imperialis peruenit ad Cancellarios.

Quod autem in Imperio Romano-Germanico

Germanico tres modo dicti Archi-
episcopi ad Cancellariatus munus
vocati fuerunt, factum id fuit pro-
pterea quia ad Rhenum, & sic in
meditullio Imperii habitauerunt, &
præ aliis Archiepiscopis dignitate
primariâ decorati fuerunt ut tradit
Windeckius de Elector. c. 12.

Porro Cancellarii nomen deriua-
tur à cancellis, quia cellula intra
quam degebant, cancellis erat per-
munita hinc Cassiodorus Epistol. 6.
lib. II. ad Ioann. Cancellarium, late-
re inquit non potest, quid intra can-
cellos egeris, tenes lucidas fores,
claustra patentia, fenestratas januas
& quamuis studiosè clausas necesse
est, ut te cunctis appareas, undique
conspiceris, qui in illa claritate ver-
saris, ad nostra monita aures confer-
re.

Quod autem inter Politicas di-
gnitates Cancellarii munus maximè
honorificum & primarium jam olim
fuerit,

fuerit, apparet exindè, quia hæc illis
 elogia à Cassiodoro, & Sammacho
 attributa legimus: Vox & custos
 legum, atque Iustitiæ armarium,
 Principis imago, Consilii Regalis
 particeps, precum arbiter &c. &
 Corryppus hic est, qui leges Regni
 cancellat iniquas & mandata Pii Prin-
 cipis æqua facit.

Hæcque erat conditio Cancellari-
 rii in Imperio Romano antè & post
 Justia. pariter in Gallia apud Reges
 Francicos Connestabulis inter offi-
 cia militaria primum obtinebat lo-
 cum, Cancellarius vero Caput re-
 putabatur omnium Statuum & offi-
 cialium Iustitiæ administrationem
 concernentium, Stephan: Pasque-
 rius in disputat: Gallicanis lib. 2.
 C. II.

Quærere hic lubet cur Impera-
 tores Ecclesiasticos Electores Nerven
 siuè Nepotes, Sæculares vero Dhein
 siuè Agnatos, aut Cognatos voci-
 tent.

tent. Sanè differentia ratio est in ob-
scuro, & circa eam se expedire nequit
Lymæus de Iure publ. lib. 3. cap. 3.
Dhein quidem denotat proximum
Agnatum seu Cognatum, quasi *Na-*
he dahein id est ex eadem domo: sunt
verò Sæculares Electores omnes per
rectam lineam ex filiabus Rudolphi
Primi descendentes, ut singulari li-
bro probat R. P. *Ganß*.

Ecclesiastici autem rarò Principes
nati, plerumque tantum Nobiles
existunt, quos tamen honoris & Di-
gnitatis ergò Nepotes siue *Nerven*
appellant Imperatore, ea enim vox
olim usurpabatur, prout hodiè inter
Nobiles nomen *Affinis*, omnes enim
Nobiles plerumq; semet *Affines* vo-
cant, etiamsi reuera non sint, ita et-
iam Galli *Cousin* siue *Cognatos* vo-
cant omnes, quos beneuolentiâ sin-
gulari complectuntur, licet sanguine
non sint iuncti.

Disputatur hic, an votum Electio-
nis

illis
nacho
astos
um,
galis
c. &
Regni
Prin-
cella-
& post
eges
r offi-
at lo-
out re-
& offi-
onem
alque
lib. 2.
mpera-
Nerven
Dhein
voci-
tent.

nis habeant Ecclesiastici Electores, qui quidem à Collegio Canonorum seu Capitulo electi, nondum tamen à Pontificè Maximo confirmati fuerunt, quam quæstionem mouet Lymnæus lib. 3. de Iure publ. cap. 3. Et quidem in affirmatiuam sententiam descendit, eo quod talibus Electoribus non ut Personis Ecclesiasticis, sed ut Imperij Principibus hæc competat prærogatiua, sed meo iudicio obstant concordata Germaniæ vulgò vocata, quibus cautum reperitur, ne Ecclesiasticis Principibus Regalia ab Imperatoribus, aliter, quam post Pontificiam confirmationem concedi queant, exinde sequi videtur, eos deficiente confirmatione Pontificiâ actum Principatui inhærentem minimè exercere posse. Respondet quidem Lymnæus concordatis illis à Nicolao Quinto Pontifice Maximo, & Friderico Tertio Imperatore initis successores non obligat-

obligari, quod mihi planè absurdum esse videtur, cum à dicto Imperatore nomini dignitatis & officii illa concordata fuerint inita, & à Statibus saltem tacitè confirmata, ita ut dici possit, ea vim habere legis fundamentalis.

Aut vero Electores Ecclesiasticos jam à Pontif. Maxim. confirmatos Votum habere in Electione Regia licet Investituram à Cæsare nondum impetrarint, docui ego jam olim: contra eamque sententiam Lymnæ: lib. 3. c. 7. n. 5. & seqq. multa opponit: sed tandem & ipse in meam opinionem secedit: Ratio autem differentiae, cur, qui nondum confirmatus est, à Pontif. Max. Votum non habeat, id vero affirmetur de eo, qui ab Imperatore haud est inuestitus, in eo consistit, quod confirmatio Pontificia, fundamentum & essentia est Episcopatus, confirmatio verò Cæsaris tantum necessarium consequens

quens habetur : Pariter ut natiuitas
in Sæcularibus Electoribus votum
ipsis tribuit , licet nondum sint in-
uestiti ab Imperatore. Tandem &
hoc est notandum , quod sede vacan-
te capitulum non habeat votum Ele-
ctorale , pariter ut vacante Regno
Bohemico Ius hoc Statibus illius
Regni minimè competere videtur ,
idque rectè probatur ex Aurea Bul-
la c. 19. Pariter quamuis Electores
Ecclesiastici regulariter poena banni
puniri non possint , uti Sæculares per
notat Gailii lib. 1. de pace publ. c. 8.
n. 13. & Myns. cent. 5. obser. 58. n.
8. quia tamen Regalibus & Iuribus
sæcularibus ab Imperatore & Impe-
rio dependentibus ex causa priuari
possunt , exindè si Imperatori sint
rebelles & infideles , meritò voti in-
capaces censentur , cuius rei nuper
exemplum habuimus in Archiepisco-
po Treuirensi qui quod defecisse vi-
debatur ad Galliæ Regem , eius vo-
tum

tum in Electione nostri Imperatoris felicissimâ, neglectum fuit.

Inter Electores Ecclesiasticos primum locum obtinet Moguntinus, qua de re vulgò feruntur hi versus.

Treuiris ætate : sed rerum proprietate

Gaudet Agrippina : sed honore Moguntia Prima.

Moguntinus ergò tanquam Archicancellarius Germaniæ, archium Imperii custodit, & Cancellaria Imperialis Aulæ eidem Iuramento est astricta, Rutg. Ruland. de Commission. lib. 1. c. 4. n. 10. Thomas Michael de Iurisdic. conclus. 28. Is est Decanus Collegii Electoralis, & vota Electorum colligit, conuentumque Electionis einen Wahltag indicit, tandemque omnium sententiis auditis suum etiam calculum addit.

Proximum ab hoc locum obtinet Treuisensis, qui votum primum in
Electio-

Electione habet, Coloniensemque præcedit, inprimis hanc ob causam, quia prior ad fidem Christianam conuersa fuit, nempe à S. Martiale, uno è 700. Discipulis nostri Saluatoris, & quidem D. Petro dirigente, unde & alicubi secunda Roma appellatur.

Coloniensis tandem votum habet secundum, & Romanorum Regi diadema imponit, Aurea Bulla c. 4. quavis circa consecrationem Imperatoris Coloniensis præcedere voluerit Treuirensis.

CAPVT IX.

DE DVCIBVS, COMITIBVS, BARONIBVS,
ET NOBILIBVS IMPERII.

DVX deriuatur à ducendo, dicebanturq; communi appellatione

ne ij, qui ducebant siue gubernabant sibi commissos, & in primis appellatio Ducis ad exercituum Primarios applicabatur, unde & Germani dicunt, *Herkogen* quasi Duces Exercitus, *Herz* enim priscâ lingua germanicâ commune notat, unde *Heerstrasz* via communis seu publica *Heerberg* id est hospitium ubi communiter diverti solet, *da man sich in geamin verbergen oder auffhalten kan* / Vocula autem *Heer* per excellentiam usurpatur pro multitudine Militum seu pro exercitu, *Zeihen* est ducere, & *Herzog* est qui exercitum ducit, ac sanè erat etiam apud Priscos Imperatores Ducatus dignitas Militaris, fuitque Dux major Tribuno, minor Legato, L. 3. §. 15. L. 4. in princ. ff. de re milit. Lipsius de Militia Romana lib. 2. dialogo. 11. Erat ergo Dux olim, qui hodie nobis Colonellus, & Legatus ille qui hodie vocatur Generalis.

Succes-

Successu temporis militiæ Ducibus etiam administratio Prouinciarum concessa fuit, idque factum est sub posterioribus Imperatoribus Romanis etiam ante Constantinum Magnum, post Gothis irruentibus nova institutione in locum Præfectorum, qui antea Ciuitatibus dati erant Duces & Capitanei ordinati fuerunt, Balengerus de Imperat: Roman. lib. 4. c. 73. supra Duces verò in Italia erat Rex A cus. Longobardi extincto Imperio regio rem uniuersam 30. Ducibus commiserunt, Sigonius de Regno Italiae lib. 1. Tandem Franci à Romanis didicerunt Duces habere loco Gubernatorum Prouinciarum, & etiam sub Carolinis in Prouinciis præcipuè longinquis, & quæ nuper Regibus bello ademptæ erant, Duces constituti fuerunt. Feudi jure, sicque Passylo Rex antea Boioariorum à Francis victus Dux factus fuit per beneficium
id est

id est feudi nexu: sed nihilominus alij adhuc erant Duces, hiq̄ue fuerunt tantum Gubernatores, & ad lubitum Imperatorum poterant amoveri, quiq̄ue non ad posteros eam dignitatem trans mittebant, de hisq̄ue intelligendus est tit. 1. lib. 1. feudor. At verò temporis successu in Gallis & Germaniæ Ducatus hereditarij sunt facti, magnamq̄ue potestatem & authoritatem Imperatoribus & Regibus proximam obtinuerunt: In Gallis tamen ea potestas, quæ olim Ducibus competebar, multis modis præcisa fuit: in Germania verò incolumis mansit, & verè ac propriè nunc Duces dicuntur, qui de Ducatu à Principe summo est investitus: id est cui Princeps Regionem aliquam, quæ Ducatus nomen habet in beneficium concessit: id quod conforme est lib. 2. tit. 1. feudor: quis dicatur Dux, &c. Hiq̄ue Duces olim sub se aliquot Comites



Comites

Duci-
 incia-
 rum est
 us Ro-
 tinum
 enibus
 efecto-
 dati e-
 rdinati
 at: Ro-
 es verò
 Longo-
 io rem
 mmisc-
 alia lib.
 didice-
 ernato-
 sub Ca-
 uè lon-
 us bello
 nstituti
 Passylo
 Francis
 eficiam
 id est

mites habebant. Lymnaeus lib. 4. c.
3. n. 21.

Inter Duces verò eminent Archi-
Duces, quo solo nomine præfulgent
Austrij Principes, & quidem hunc
titulum usurparunt primitus sub
Frideric. 3. Natal. Com. lib. 9. quam-
vis olim Bruno Ottonis Magni Im-
peratoris Frater titulum Archiducis
seu Principalis Ducis Lotharingiæ
usurparit, Bitschius ad Natal. Comit.
d. loc. At Princeps Florentinus,
Magnus Dux Thuscanae seu Hetru-
riæ appellatur, Moscus & Littuanus
Magnos Duces se inscribunt: Duces
verò Veneti & Genueses huc non
pertinent, cum haud sint Principes
imperantes: sed solum Administra-
tores Primarij Aristocratici status.

Sunt porrò alij Duces verè abso-
luti & Regia potestate pollentes,
quales omnes in Italia esse censetur:
Alij liberi sunt ratione privi-
legio-

legiorum & territorialis Iurisdictionis, quales in Germania multi reperiuntur, Hique omnes Serenissimi vocantur: & ab Italis Vostra Altezza: Alii sunt subditi & Landsassii, ut in Silesia, Bohemia & Austria, Hosque Speculum Saxonicum schlechte Fürsten indigitat, & tantum Illustrissimi: quales etiam in Galliis & Hispaniis inveniuntur.

Comitis appellatio sub Romanis Imperatoribus ferè communis fuit omnibus, qui Imperatorem comitabantur; aut qui in Comitatu Imperatoris cum Dignitate versabantur. Wefenbec. in paratit. C. de officio Comitis Sacrar. Largition. Post Comes indigitatur, qui officio aliquoungebatur, ut Comes sacrarum largitionum, Comes sacri patrimonii, Comes rerum priuatarum.

Post ea Imperatores ex suo Comitatu probatissimos ad regendas Provincias ablegarunt: Indeque factum est,

est, ut quilibet Ciuitatis Iudex Comes vocaretur, Germanicè **Graff** / l. unic. C. de Comit: qui Præuinc. regunt. lib. 12. Estque in prisca germanica lingua & adhuc hodie in Westphalia **Graff** nil aliud, quam Iudex, Hincque Comitatum Saxonicæ Juris Glossatores describunt, das ein **Grasschafft** sey ein Iurisdiction, oder ein **Begne** / **Weichbildt** / welche von Alters den Grafen durch den Kaiser verlihen werden / auf daß sie an ihr Statt daselbst Berichtszwang hielten / vnd jederman richteten / weilen man den Kaiser nit vmb alle Sachen hat mögen besuchen.

Hæcque omnia olim temporalia & non hæreditaria erant, unde in antiquissimis nocumentis plerumque Comites sine loci designatione dicebantur. v. g. Albicus Comes &c. hæcce vocabant Comites Ottingenses, Zollerenses &c.

Tandem Comitatus æque ac Ducatus

catus hereditarii, ad posterofque Iure perpetuo transitorii sunt facti, ab eoq; tempore tales Comites nominare fe incipiebant, Comes huius vel illius loci, quia Comitatus quos possidebant Iure fendi, vel etiam allodii, seu quoad proprietatem derinebant: Ac sunt hodie Comites etiam honorarii Comitatu seu territoriis carentes, ut in Austria & alibi, qui fcilicet non habent terram seu regionem, ab antiquo Comitatus titulo insignitam, fed quorum prædia vel personæ hunc honorem acquisiverunt, hi non habent sessionem.

Sunt autem & alii Comites cum aliqua præscriptione, puta Pfaltzgrauii, Margrauii, Burggrauii, Landgrauii, qui omnes fere in Principum classem sunt allecti.

Comites Palatini Iudices erant in aliquo Palatio Imperiali residentes, & dicuntur Germanis Pfalzgra-

Co-
caff/
ant.
ger.
e in
uam.
axo-
unt,
isdi-
de /
urch
daß
ang
eilen
chen

ralia
de ia
rum-
tione
s &c.
gen-

Du-
catus

ue/ quasi Pallastgraue/ & errant, qui nomen Comitum Palatini deriuant. à Regione, cui Capellacii vel Pallas nomen est, Rhenoq; adjacet, & nunc ad Palatinatum Heidelbergensem spectat, quos rectè Lymnæus refutat, lib. 4. c. 4. n. 33. & seqq. Nam hac ratione solus Comes Palatinus esset ille Rhenanus, quod tamen falsum est.

Sed ut habetur in dem Schwaben Spiegel, lib. 1. c. 19. In den Teutschen Landen hat jedes Land seinen Pfalzgraffen / Sachsen hat einen / Et is est Elector Saxon : modernus, Bayern hat einen / Francken hat einen / Schwaben hat einen / Ergo ubi erant Palatia Cesarea, ibi Comitem seu Iudicem in illo Palatio us dicentem fuisse, probabile est. Hodie autem soli Palatini vocantur ex Bavarica familia descendentes : Erant autem Palatini olim Iudices & Status Imperii Primarii, quemadmodum de iis Aventinus scribit lib. 4. Annalium Bava-

Bavaria, Comes Palatinus vicem Cæsaris præsidendo Senatui Principali fungebatur, fidem Imperatoris implorantibus aderat, Iusque reddebat, Fiscum Augusti prædia Salica id est terras ad Aulam spectantes, redditus regios procurabat, Cæsareum censum exigebat, nil citra ejus auctoritatem decernere aut statueri Duci licebat: Indeque Haidelbergenses Palatini non rectè, ut puto, omnem Palatinorum Dignitatem in illum suum Electorem transfundere connisi sunt, dum eum majoribus Domus apud Franciæ Reges substituunt, & Iudicem ipsius Imperatoris faciunt, illo ferè superiore.

Porro olim apud Romanos Palatini etiam dicti fuerunt Aulici memoriales, agentes in rebus, & Apparitores, qui litterariam militiam in Palatio seu Aula faciebant, aut manda a seu jussa Imperatoris exequobantur: Iulius Cæsar, Bulingerus

de Imperatore lib. 2. cap. 18. Hisque nunc similes sunt Comites Palatini Codicillares, qui insignia, quandoque etiam Nobilitatem conferre, Notarios creare, & spurios legitimare possunt.

Marchio olim alius non fuit, quam limitaneus cuiusdam Regionis Præfectus, quasi Grenis Graff (March enim Germanis est limes, unde Marchstein pro termino usurpamus; fueruntque olim Marchiones comp'ures contra Barbarorum incursiones constituti, hodiè autem sic dicuntur etiam illi qui limitum seu finium non sunt defensores: Nam sæpe vetera vocabula manent etiam cessante causa, & quia titulus Marchionis in Germania dignitas quædam fuit sublimis, hinc etiam Galli & Itali præsertim numero propè infiniti hunc honorem affectarunt, nullo habito respectu an in finibus vel in medullio versentur.

Econ-

Et contra die Landgraffen Praefecti
 erant Regionum in medietate Im-
 perii sitarum, sunt exgo Landgravi
 seu Comites Prouinciales, die Rich-
 ter seyn eines Landes / so zwischen des
 Reichs Landten ligt / ut loquitur Iuris
 Saxonici glossator, ac sunt hi regu-
 lariter in ordine Ducum, ut Land-
 grauii Hassiae, Thuringiae, superio-
 ris ac inferioris Alsaciae, quamuis et-
 iam Landgravi inueniantur, qui
 Principatus honorem non obtinue-
 runt, Iosias Nollus in tract. de No-
 bilitate c. 8. Et ita Fürstenbergici
 Comites nominant se Landgraffen
 in der Paar / Comites in Sulz indi-
 gitant se Landgraffen in Eleggau / qui
 adhuc in Comitum ordine inueni-
 untur, puto autem posse vocari Co-
 mites Regionis ad differentia Co-
 mitum Castellorum, ut collegio ex
 historia Suevica Felicis Fabri, diffe-
 runtque Comites Regionis à Comi-
 tibus Prouincialibus, quod hi in-

tegræ Prouinciæ, Illi exiguæ tantum
Regioni erant Præfecti.

Erant porro Iudices seu Comites
Castelli qui in castris residebant, &
vicinis Pagis Ius dicebant, undè &
hodiè vox Castellania usurpatur pro
Iurisdictione ad Castrum pertinen-
te, sicque olim Comites Würtenber-
gici tantum erant Domini alicujus
Castri, vicinorumque Pagorum, Di-
tionesque aliæ vario titulo ad illos
Comites pervenerunt: & illi Comi-
tes Landgrauii plerumque etiam ha-
bebant Iudicium Prouinciale ein Land-
gericht.

Burgrauii autem pariter ad ordi-
nem Principum pertinentes illi di-
cuntur, qui fortalitium aliquod Im-
perii tenent, & differt Burus à Ca-
stello, quod Burus sit fortalitium,
aliquod magnum Castellum autem
Arx parua, unde Saxonici Iuris glos-
sator scribit illos esse Burgrauios,
die ein Böstung des Reichs zu Lehen
haben.

haben/ & erant die Burgen Fortalitia Cæsarea plerumq; in Ciuitatibus liberis existentia. Hinc die Burgraffen zu Nürnberg / die zu Fridberg a Wetterauia, quamuis & alibi talia Imperij fortalitia erant, suamque Burgraviū habebant, ut docet Lymnaeus lib. 4. c. 5. n. 81. & seq.

Inveniuntur etiam aliqui, die Fürstende Graffen/ Comites scilicet Principibus æquales, de quibus, eorumque dignitate in Consiliis meis singulare extat responsum, hacque dignitate præfulgebant Comites Tyrollenses, qui scilicet adhuc alios Comites sub se habebāt, Habsburgenses, Heppenbergeses, ejusdem etiam dignitatis erant Comites Flandriæ, Hollandiæ, Sabaudiæ, Holsatiæ, ac ut nonnulli putant, Moabbelgardenses, ii-que omnes in contributionibus Imperij præsertim in Ordinatione Camerali, ubi agitur von den Austrägen/ Fürstenmäßig indigitantur.

Subsequuntur nunc Barones, qui Comitibus dignitate inferiores, in Germania tamen iisdem ratione iurisdictionis & potestatis æquiparantur: Et quamvis de origine huius vocabuli multi varia constringant, certissimum tamen est, eam vocem merè germanicam: sed antiquam esse.

Sanè olim Germani Prisci liberos suos vocabant, *Paren/* fortè *von gebehren/* & ut liberi nunc natos, nunc servitute carentes dicebant, ità & Germani *Paren/* pro liberis habebant, idque veteribus *Sorgenbar* pro *Sorgenfrey* usurpabant.

Alibi Barones pro Nobilibus & Optimatibus sumuntur. sic in Vetus-
tissimis germanicis libris, *die Paren*
usurpatur für die Adelige Manschafft/
& separantur à Nobilibus illis, qui
vulgò *Edel Knecht* indigitabantur,
sic & Hispani a Gothis habent, ut *Baron*
adhuc hodiè sumatur pro *Viro*
gravi, & Picardi in Gallia maritos
vocant

vocant Barones, Germanicè vulgò nobiles optimates dicebantur **die Mannen**/subditi verò servilis conditionis vocabantur **Leuth**/ pro quibus in libris antiquis sumitur **Leodes**, quasi **Leuth**; hinc **arme Leuth** non erant pauperes sed servilis conditionis, quos Galli vocabant mortuas manus, id est potestate propria carentes, manus enim sumitur pro potestate, que madmodum hæc latius deduxi in tractat. de Comitibus & Baronibus, ubi etiam docui, semper **Freye** / quales se nominant Barones in **Limpurg**, & adhuc alij pro iis usurpari, qui ex Baronibus primarij sunt.

Barones autem hodiè, si sunt Imperio immediatè subjecti, planè Comitibus æquiparantur, & in Comitibus Imperialibus inter Comites sessionem & votum habent.

Barones verò alij qui Principibus subsunt, non majorem potestatem

& Iurisdictionem habent, quam Nobiles, ut in Austria & Bavaria apparet.

Nobiles nunc succedunt, quorum pariter ut Comitum & Baronum duo ordines sunt, Immediati & Landsassij, Immediati solum in Franconia, Suevia, & Rhenano tractu inveniuntur, & quamvis Nonnulli dicant: Omnes olim Nobiles Immediatos fuisse & Ius territoriale, die Landsesserey novum commentum esse, ut ex discursu eraditi cujusdam Nobilis apparet, qui meo Thesauro Practico est inferus, sub Verbo Stände des Reichs/ quod & Casparus Lerch von und zu Dürnstain Nobilis Francus, in operose germanicè conscripto tractatu, cui titulus est, Ordo Equestris Germanicus Cesareus, probare & me refutare conatur: At tamen in meo discursu de Nobilibus Immediatis quod docui, adhuc subsisto, meamque sententiam appro-

probat Iofias Nolden in tract. de Nobilib. & alii : Quod nempè Nobiles etiam olim, qui jam sunt Immediati, Ducibus in quorum Territorio habitant, fuerint subiecti, at cum illi Ducatus ad Imperium pervenerunt, facti sunt illi nobiles etiam immediatè Imperio subiecti, Ducatus namque Suevicus propter defectum Lineæ Imperio accreuit, & ad eandem familiam pertinebant Franconicus Ducatus, & Tractus Rhenanus.

Ab initio autem Nobiles hodiè Immediati dicti plane non ita liberi, & quoad Iurisdictionum Statibus æquales fuerunt, sed solum Vogts-herrn vocabantur, & bassam tantum Iurisdictionem, die Vogtey, oder die gerichtliche Obrigkeit in suos subditos; Altam verò Iurisdictionem, die Hoche Obrigkeit, oder den Blutbann non jure proprio, nec etiam Regalia habuerunt, vel collectas suis subditis

No-
ppa-
orum
onum
land-
anco-
tu in-
nulli
nme.
, die
ntum
sdam
fauro
erbo
sparus
obilis
è con-
, Or-
areus,
natur:
Nobi-
adhuc
m ap-
pro-

ditis imponere potuerunt, non Iure
 fisci gaudebant, sed omnia illa ad
 Comites vel Imperatorem in locum
 ducis succedentem pertinebant. Non
 nego eos magna priuilegia habuisse
 & immunitates, ut retuli in dict. di-
 scursu de Equest: Nobilitate, sed il-
 la priuilegia habebant intuitu milita-
 rium seruitiorum, quibus Impera-
 tori, & etiam Ducibus olim suis sem-
 per prompti, paratiq̄ue esse teneban-
 tur: Postea ut immunitas Principum
 atq̄ue Ciuitatum creuit, ita etiam No-
 biles ratione immedietatis ea priui-
 legia, & qualitate parem potentiam
 affectarunt, quam Imperii Status ha-
 bent, ab Imperatoreq̄ue merum Im-
 perium, seu den *Blutban*/ & Regalia
 quaedam acquisiverunt.

Sequuntur nunc Ciuitates Impe-
 riales, de quibus non est, quod plu-
 ribus dicam, cum hac de re jam ex-
 ret discursus operi meo politico in-
 sertus: Sunt autem hæ vel liberae, vel
 simpli-

simpliciter Imperiales Freye. vñnd
 Reichsstatt / qua de differentia non
 conveniunt nostri Doctores: Ego au-
 tem puto liberas dici à superabun-
 danti libertate, & privilegiorum
 prærogativa, ejusq; rei origo depen-
 dere videtur ex eo, quod illæ liberæ
 Ciuitates jam tempore Romanorum,
 ut & postea sub Francis magnam po-
 testatem, prærogativamque habue-
 runt, quales in Germania sunt Argen-
 tina, Wormatia, Colonia, Spira, &
 olim Moguntia.

Non dubium autem esse videtur,
 quin nunc Civitates Imperiales, in
 Comitibus quoque habeant votum, &
 quidem decisivum, cum quippè ci-
 rentur ad Comititia, quod frustra fie-
 ret, si solum aliis assentiri cogerentur,
 & cum sint Status, gaudebunt
 utique Status Iure, hoc est voto,
 quâ de re Ludovici Grempij tracta-
 tus singularis in forma Consilij con-
 scriptus extat, quamvis dissentiat
 Kurcten,

Kürsten, ac ibidem de re singulariter
conscripta tractatur.

Disputatur itidem, An Civitates
habeant territorialia Iura, siue Die
Landtsfürstliche Obrigkeit in territo-
riis suis, qua de re etiam Doctores re-
centiores variè dissentire comperi-
untur: Ac certè quamvis non habe-
ant personalia privilegia Principum,
attamen cum habeant territorium,
& una cum territorio ea Iura, quæ
competere Statibus possunt, Regalia
scilicet & omnimodam Iurisdictio-
nem sicque territorialem Iurisdictio-
nem non ijs derogare quimus.

Sunt denique nonnullæ Civita-
tes quæ mixtæ appellitantur, quæ sub
Principibus sunt, & in Principum
territorio existunt. Eamque indè
vocan *Ihren Landtsfürsten*/attamen
infigata quædam privilegia & Re-
galia ab Imperatoribus, non ab il-
lis suis Principibus obtinuerunt, ex-
inde-

indeque ratione illorum priuilegio-
rum Imperialium Principibus non
subesse videntur, sed immediatam
affectant, & tales multæ sunt Han-
seaticæ Civitates, die Henssenstätt v.
g. Lübeck / Hamburg / quæ scilicet ab
antiquissimis temporibus semilibere
existunt, nec nisi secundum quid
Principes suos recognoscunt, & ita
Hamburgum V. G. sita est in territo-
rio Holsatiæ Ducum, hisque etiam
Homagium præstat, die Landsbuldi-
gung: interim tamen potentissima
Ciuitas est, & libera, nec nisi in cer-
tis quibusdam casibus Holsatorum
Iurisdictionem agnoscit: Indeque a-
pud Granzium in Saxon: Histor: sub
Carolo 4. præjudicium extat, siue
sententia decisiva, ejus tenoris, Quod
Holsatiæ Comitibus Hamburgenses
obedire teneantur in illis tantum
casibus, in quibus antiquitus vel per
Imperialia priuilegia, vel per con-
suetudinem immemoriam libertatē
haud acquisuerunt. CA-

C A P V T V L T I M V M.

D E E C C L E S I A T I -
C I S S T A T I B V S.

Nunc Ecclesiastici Status succedunt, quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Generales S. Ioannis & Teutonici Ordinis Equitum, der Teutsche Meister / des Teutschen Ordens / & Prior des Johanniter Ordens / Prælati siue Abbates, Præpositi, & quædam Abbatissæ.

Et quidem Archiepiscopi ac Episcopi, & etiam Prælati ac Abbatissæ nonnullæ Principalem habent Dignitatem, die Fürstende Hebbt, vund Hebbtissin / Sic Abbas Campidonensis Fuldenfis, S. Galli & alii: Abbatissa Lindoviensis, Buchoviensis & aliæ, Principalem habent Dignitatem: alii Prælati & Abbatissæ sunt quidem immediatè Imperio subiecti, seu sine dignitate Principali, quorumque non-

nonnulli sessionem & votum in Comitibus habent; Alii, quamvis ad Comitibus non veniant, sunt tamen immediate Imperio subiecti, ii scilicet quorum Diuisiones liberae olim fuerunt, & ad liberos Nobiles spectabant, aut qui in Sueuia, aliisque Provinciis ad Duces pertinebant, sed postea ad Imperium pervenerunt.

Sunt autem Episcopi quidam Landsassii, ut fertur de Brixensi, Naumburgensi, Misnensi &c. Multi vero Praelati & Abbatissae iis praesertim in locis, ubi Principes conclusum territorium habent, ut in Bauaria, Saxonia, & Austria inter Status referuntur, & aliis Nobilibus Landsassis aequiparantur.

Qui Episcopi sunt Immediati, aut etiam Landsassii, ut & Abbates eliguntur à Capitulo, non enim Saeculares vel Imperator hac in parte se intromittere debet, Ecclesiastici tamen Immediati qui Regalia ab Imperio

perio habent, non possunt investiri ab Imperatore, nisi Episcopi à Pontifice Maximo Abbates vero ab Episcopo, vel suis Superioribus fuerint confirmati, idque fit vigore Concordatorum Germanicæ Nationis cum Pontificibus Romanis.

Habent ergo Ecclesiastici quandoque duplicem personam, Sæcularem & Civilem, & quidem ratione Civilis potestatis alijs statibus æquiparantur, nisi quod alicubi ab Advocatibus seu Protectoribus von den Rasten-Bögen / oder Schütz und-Schirm-Herren ea ura exercentur, quæ Ecclesiasticas personas facere possent irregulares, vel ipsorum devotionem impedirent: Vnde fieri frequenter a solet, ut tam Civilem quam imprimis criminalem Iurisdictionem ab Ecclesiasticis personis commissam illis Advocatis seu Protectoribus Sæcularibus, ut Magerus in tract. de Advocat. armata non uno loco scribit.

Eccle-

Ecclesiasticarum autem personarum Spirituales potestas ultra eorum territorium sæculare, in vicinas Principum Ditiones sese extendit: Et quidem territorium illud Ecclesiasticum, in quo Episcopi Spiritualem seu Ecclesiasticam habent Iurisdictionem communiter vocatur Diœcesis, in eaque Diœcesi exercet Episcopus Iurisdictionem omnem & in quascunque personas in causis Ecclesiastici fori, & porrigitur insuper illa Iurisdictione ad omnes Clericos Sæculares & Regulares, etiam in civilibus causis, nisi sint exempti.

Sunt autem exempti Ordines Mendicantium alijque, qui habent Romæ suos Generales, sunt & quidam Abbates ac Prælati, qui ipso Iure sub Episcopi Iurisdictione sunt constituti, sed tamen ex privilegio Pontificali sunt exempti, de ijsque Abbatibus dicitur, quod sint Episcopi in suo Territorio, de quibus singularem

investiri
a Pon-
ab Epi-
fuerint
Concor-
is cum
quando-
cularem
ne Civi-
iparan-
vocat
Rasten-
Schirm-
quæ Ec-
possent
levotio-
eri fre-
m quam
ctionem
missa il-
ibus Sæ-
de Ad-
cribit.
Eccle-

rem tractatum de Iurisdictione Episcoporum in exemptorum conscripsit Erasmi: Chochier lectu dignissimum.

Porro Episcoporum potestas triplex, quædam enim sunt ordinis, quædam legis Diocesanae, quædam verò Iurisdictionis: Et quidem Ordinis esse dicuntur Ordinatio Clericorum, novell. Iustinian: 67. & 123. Consecratio item & Benedictio Monachorum id est Abbatum & Abbatissarum, Templorum, Altarium, etiam Visitatio quoque est Ordinis Episcopalis, scilicet ut Episcopus per cunctas Parochias suæ Dioceseos singulis annis pertranscat, & Basilicarum, aliarumque Religiosarum ædium, omniumque bonorum Ecclesiasticorum administrationem & Gubernationem inspiciat. Can. decrevimus. Can. Episcopum. Can. placuit. caus. 10. quæst. 1.

Ad legem Diocesanam pertinet Ius & potestas Episcopi in sua Diocese;

cessi sumptus exigendi visitationis,
 solutionem Cathedralici ad synodum
 peragendam, Baritatiâum subsidium,
 & alia, de quibus in cap. conqueren-
 te, extra de Offic: Iudicis. Ad legem
 Iurisdictionis spectat, potestas judi-
 candi controversias tam personarum,
 quam causarum, Ecclesiasticarum,
 huiusque Iurisdictionis exercendæ:
 gratia Episcopus Consistorium seu
 Tribunal habet, ad quod omnes con-
 troversia Ecclesiastici Fori devolvun-
 tur: At quia multi sunt Episcopatus
 à Lutheranis & Calvinistis occupa-
 ti, circa eos sciendum est, quod tales
 prætensi Episcopi in Comitibus Impe-
 rialibus non agnoscantur, nec Vo-
 tum vel sessionem habeant: Ac deni-
 que etiam illorum Episcoporum Lu-
 theranorum Ecclesiastica potestas
 planè cessat: Sunt enim Episcopi si-
 ne Diœcesi, & quia in pace Religiosa
 potestas siue Iurdictio Episcoporum
 Catholicorum in Lutheranos planè

P.

est.

est suspensa: Indè quilibet Princeps
Sæcularis in suo territorio Episcopum
se esse venditat, & Iura Episcopalia
exercet, sub specie quidem alicuius
Ecclesiastici fori, quod Consistorium
appellitant, sed tamen illud Consisto-
rium non ab Ecclesia Lutherana, sed
merè a Principe dependet, ab Eoque
constituitur, & nomine Principa-
li Mandata expediun-

tur.

F I N I S.






Handwritten blue ink markings at the top of the page, including a horizontal line and the number 2949.

ULB Halle 3
004 756 55X


Handwritten blue ink markings at the bottom of the page, including the number 2977 and the letters m.c.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
 LICENSED PRODUCT

3/Color Black

